



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor


Neobvrgi Ad Danvbium, 1663


urn:nbn:de:hbz:466:1-10835



Nill. 20. Th. 4885.

~~37~~





Ex legato Chmi Principis Ferdinandi Episc.
copi Paderb. et Monaster. Anno 1683

ANIMÆ
ILLVSTRES
IVLIÆ CLIVIÆ
MONTIVM MARCHIÆ
RAVENSPVRGI MORSÆ
ANNEXARVMQVE PROVIN-
CIARVM E MONV-

MENTIS
CALAMO

R. P. THEODORI RHAY.
SOCIETATIS IESV

Collegii S. J. REDIVIVÆ Paderb
ACCESSERE

PALATINI SANGVINIS PRIN-
CIPES DIVI

NEOBVRGI AD DANVBIVM
Apud Ioannem Strasser Typographum
ANNO M. DC. LXIII.

Veneunt
Apud Samuelem Hospitem Bibliopegum, & Urbis Præfectum.

PROTESTATIO AVCTORIS.

Cum SS. D. N. VRBANVS VIII : die 13. Martij 1625. inhibuerit imprimi gesta, miracula, revelationes &c. sine approbatione Ordinarij. Insuper nec admitti Elogia Sancti, vel Beati absolute, & quæ cadunt super Personam, bene tamen, quæ cadunt super mores. Ego huic decreto, eâ quâ par est, observantiâ insistendo profiteor me ea, quæ scripsi, non alio sensu accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm eo, quo solent, quæ humana duntaxat fidentur, donec aut divina, aut sanctæ Romanæ Ecclesiæ Auctoritas accesserit. Proinde huic Sanctæ Apostolicæ Catholicæ Romanæ Sedi & Ecclesiæ iudicio singula & omnia mea scripta subiecta sunt. Et si quid scripsi, quod Ecclesiæ huic sanctæ Romanæ displicet, id totum vanum esto, damno & detestor, uti & quod quemquam iniuste lædat, aut præiudicat.

Ecclesiastici

cap. 44. V. I.

L*Audemus viros Gloriosos & Parentes Nostros in
generatione sua, homines divites in virtute, cum
semine eorum. permanent
bona.*

Vers. VII.

O*Mnes isti in generationibus gentis suæ gloriam
adepti sunt, qui de illis nati sunt, reliquerunt
nomen narrandi Laudes eorum; & sunt quorum non
est memoria: perierunt quasi non fuerint,
& nati sunt, quasi non nati, & filij
ipsorum cum
ipsis.*

SERE.

SERENISSIMO PRINCIPI
PHILIPPO
WILHELMO
PALATINO RHE-
NI BAVARIÆ IVLIÆ
CLIVIÆ MONTIVM DVCI
COMITI MARCHIÆ RA-
VENSPVRGII MORSIÆ.
DOMINO IN RA-
VENSTEIN.

Non diu PALATINI SANGVINIS DIVIS:
Illustribusque ANIMABUS, è monu-
mentis suis, hoc calamo redivivis, dis-
quirendum fuit, quò ipsi eundem. Quas enim
Orbis, Imperiique partes mallent revisere,
quàm *Arces, Vrbes, Provincias sedesque olim su-
as*, & ad TE TUOSQUE, *Serenissime Dux*, ut
Cognatum suum Sanguinem ambulare? cuius cle-
mentissimâ voluntate, pijsimôque affectu ex
damnatis musei mei latebris, pabulum alioquin
blattis futuri, in lucem solémque hunc prode-
unt. Rectè proin, atque ex ordine cum SERE-
(2) NISIMA

NISIMA FAMILIA *universa* feceris, si *venientes*, *benigno serenòque vultu* fueris complexus: & quam ab illis *avitæ Nobilitatis ac Christianæ Sanctitatis* lucem haulisti, illam virtutum *luculentiori incremento* auxeris; jta pari cum illis *passu Nomen & Gloria* vestra jbit in secula, & in omnem retrò *æternitatem*. Hoc Illorum, hoc Patriæ, hoc bonorum, hoc meum, & *universæ in primis Societatis Nostræ* votum est, Ac vel maximè, ut *potenti Illustrium harum Animarum Divorúmque deprecatione*, DEVS SERENITATEM *Vestram* cum omnibus *charis suis jta tueatur ac prosperet*, ut *maiorum exemplo*, in vera *orthodoxa fide, pietate, civilique gubernatione felices*, tandem hisce *Divis* (*seriùs quidem*) sed *proximiùs aliquando in Beatitatis sede collocemini*.

QVod dum SERENITATIBUS *vestris* pleno affectu *vovemus*, unum illud mihi *concedi demissè rogo*, ut me ad extremum *inscribam & sim*

Serenitatis Vestræ

Humilis & devotissimus

in Christo IESV

Servus

THEODORVS RHAY.

CHRISTOPHORVS SCHORRER
Societatis IESV per Superiorem Germaniam
Vifitator ac Vice-Provincialis.

Cum librum, cui titulus: ANIMÆ ILLVSTRES
Iulix, Clivix, Montium, Marchix, Ra-
venspurgij, Morfæ annexarúmque Provincia-
rum è monumentis redivivæ, à P. THEODORO
RHAY *Nostræ Societatis Socerdote* confcriptum ali-
quot nostri Patres, quibus id comiffū est, reco-
gnoverint, & in lucem edi posse probauerint,
potestatem facimus vt typis mandetur. In
cuius rei testimonium has litteras manu nostrâ
subscriptas, sigillôque nostro munitas dedimus
Neoburgi 24. Augusti Anno Domini 1663.

CHRISTOPHORVS SCHORRER.

LECTORI MEO

Typographorum manibus & Præli sudo-
ribus, humanissime & erudite lector, in tuas
manus evolat libellus hic mole quidem parvus,
& auctore etiam obscurus; sed ab ILLVSTRIBVS
ANIMABVS Iulix, Clivix, Montium, Marchix,
quas continet, illustri, ut proinde & illos, qui
severiori suo pro ingenio & insanabili cauil-
landi alienaque carpenti cacoëthe feruntur, e-
tiam faventes speret. Quâ benevolâ spe fretus,

(3)

Pro-

Provinciarum iſtarum tam Indigetes, quàm In-
 quilinos Sanctos, magnòsque homines ad mo-
 dum Faſtorum in lucem, educit, ne ſub ruinis
 ſeculorum Archivorùmque latibulis gementes
 pudendâ oblivione æternùm ſepulti jacerent.
 Neque id abs re, & ſine exemplo maiorum fieri,
 Natalium libri, Menæa, Sacraria, Menologia,
 Hagiologia, Hierophylacia abundè teſtantur,
 qui homines & Divos ex corpore ſuo ſanctiùs
 defunctos, per Galendas & annos digeſtos in
 lucem miſere, & præcipuè eos, quorum nomi-
 na jntra provinciarum tantùm fines, neque
 extra eos forent cognita, aut minùs vulgata.
 Ad hoſce *Provinciales Sanctos* accèſſere PALATINI
 SANGVINIS DIVI COGNATI, qui in eadem inclitâ domo,
 Subiectiſque jlli provincijs nati, verſati, denati
 ſunt; vel ſuorum Lipsanis jmportatis; aut ſingulari
 aliquâ religione, ſanctitatisque veſtigio cum Chriſto
 & Auguſtiſſima eius Matre coluntur, ut eorum
 Julia, Clivia &c. PRINCIPVM tenera PALATINA
 IUVENTUS, unâ cum primis legendi, ſtudiorùmque
 principijs, jlluſtria Suorum præcipuè nomina & merita
 ſenſim quaſi ſine ſenſu imbibat, Maiorùmque ſigna-
 tam veſtigijs ſemitam, jta Regionum, Religionisque
 publico olim bono ſequatur, ut ſic tranſeat per hæc
 temporalia,

Dispoſitio

operis

Scopus

Auctoris

*temporalia, ne unquam (Serenissimorum Parentum
pio voto) amittat eterna.*

Quo affectu & tuum erit, Candide Lector,
exiles hos nostros conatus fovere, & omiſſa
fortè DOCUMENTORVM INFORMATIONISQVE de-
fectu *Sanctorum Nomina* benevolè inferere &
ſubnatos errores eruditè corrigere, ILLVSTRESQVE
HAS ANIMAS largioribus aliquando encomijs jl-
luſtriores reddere, ut tuis auſpicijs, è tenebris
in lucem quaſi denuò nati, tui memores, vivo,
mortuòque (qui mos *Sanctorum* eſt) gratiam
reponant. Sic opto, ſic volo, lege, admone, iu-
va, adde, deme, corrige. Ego utilitati tuæ ſtu-
dere non deſiſtam. Quo ſine Auctores paſſim
adijcio & fontes digito oſtendo. Tu interea,
lector benevole, tenui hoc labore noſtro frue-
re, Divòſque nobiſcum cole, ut jllis olim accen-
ſi nos inter jllos vivamus, & triumphemus.
Quo ſancto in voto, ne te ampliùs in limine
teneam, finio, I modo, & opellam hanc noſtram
favendo lege, & legendo, omni ſepoſito
ſtudio & affectu,

fave.

VETERVM PATRVN TESTIMONIA

de memorijs *Sanctorum* in Eccleſia celebrandis.

TERTVLLIANVS, qui vixit anno poſt *Chriſtum* natum;
160. lib. de Corona militis. OBLATIONES pro defunctis,
pro natalitijs, annua die facimus. Cypri-

CYPRIANVS qui vixit anno 260. lib. 3.
Epist. 6. de martyribus ita scribit:

Dies eorum, quibus excedunt, annota, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus. Et paulò post: significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transeunt, & celebrentur hîc à nobis oblationes, & sacrificia ob commemorationes eorum.

AMBROSIVS, qui ante annos 1100 floruit.
Serm. 7. in natali Tauricorum Martyrum:

Cum Omnium sanctorum Martyrum fratres devotissimè natalem celebrare debemus, tum eorum præcipuè Solemnitas totâ nobis veneratione curanda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderunt.

AVGVSTINVS, ab eodem Ambrosio baptizatus, in Psalmum LXXXVIII. Natalitia sanctorum cum sobrietate celebrate. ut imitemur eos, qui nos præcesserunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis, ut benedictio Domini in æternum maneat super vos.

GREGORIUS MAGNVS qui anno 600.
vixit, ad Eulogium Alexandrinum.
Episcopum lib. 7. Epist. 29.

Nos autem penè Omnium Martyrum distinctis per dies singulos passionibus, collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum venerationes Missarum solemnia agimus: non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur,

sed tantummodo nomen, locus &
dies passionis
ponitur.

Die I.

Die I.

DEO OPTIMO MAXIMO, Sanctorum
 omnium sanctissimo Conditori HÆC
 DIES ex merito tribuenda, nomine,
 sanguinéque eius illustri, cuius subinde largi-
 us effusi concretæ gemmæ, seu guttæ, Düssel-
 dorpiensi in Arce, aureâ hierothecâ inclusæ
 religiosè asservantur. *THESAURUS, QUO NEC
 TERRA DARE, NEC CÆLVM EXPETERE
 MAIOREM POSSIT. Ex Sacrarj Dusseldorpiensis
 Indice.*

II.

APUD CLIVIOS inclitæ eius gentis Au-
 ctoris ac Parentis ÆLII GRAII, vulgò
 Helix de Grail, pervetusta memoria, de cuius
 PROSAPIA, CYGNO, AVREO CORNV, AR-
 MIF, PATRIA, mythologicè multa narrant
 annales, venerandæ antiquitati relinquenda:
 hoc indubitatum, eundem ab naturæ gratiæ-
 que donis, genere, armis illustrem, ductâ BEA-
 TRICE THEODORICI VLTIMI CLIVIE PRÆ-
 BECTI FILIA, ex eadem Theodorum, Gode-
 fridum, Conradum, ut Sanguinis & Patriæ,
 ita & virtutum heredes reliquisse. A RAD-

A

BODO

IANUARIUS.

2
 BODO FRISIÆ tyranno, SLAVIS, WILDEN-
 SIBVS, Christianorum infensissimis hostibus;
 bello laecessitus, ingentes victorias reportavit.
 Regibus Francorum DAGOBERTO & SIGE-
 BERTO armis, Christiano ardore sociatis, ex
 SYRIA, & HISPANIA SARACENOS eiecit, à
 quibus tandem, dum ad NARBONAM numero
 (non animo impar) parvâ manu, DEI causâ,
 Anno DCC. XXXIV. Regiminis tertio &
 vigesimo, leonino planè animo configit, palu-
 dibus interceptus, gloriosâ sibi posterisque
 morte concidit, FIDEI PALMA & NOBILI
 CONSTANTIÆ CORONÂ, vt sperare par est,
 ÆTERNVM DONANDVS. *Ex Wernero Teschen-
 macher Iulie, Clivia laborioso Annalium Scriptore.*

III.

NEOBURGI ad Istrum aulico in Sacello trans-
 Nlatio CAPITIS Virginis & Martyris Sanctæ
 PERITONIÆ, ex illustri S. VRSULÆ comitatu,
 quæ Crucis signo armata, imperterrito & vul-
 tu, & animo, data cervice Attilæ gladio ca-
 put amisit, *Nobilissima fidei & castitatis victima!*
Ex Aulico eiusdem sacrarij Sanctorum syllabo.

IV.

PUBLICÆ venerationi, DUSSELDORPIANA
 in

in AVLÂ, exponuntur variæ Sanctorum INNOCENTVM *Reliquia*, thecâ aureâ, cryftallo pellucidâ impositæ, *Inventus & Ecclesie primi Martyrum Flores. Ex Aula sacrario.*

V.

IN Agro IULIACENSI, beatorum laborum suorum finem invenit S. GERLACVS FALKENBERGIVS amplissimâ fortunâ, bellicâque gloriâ præstans, qui partæ Salutis anno M. CLXXV. IULIACVM ad Equestres ludos abiens, nobilissimæ suæ sponsæ, ipso itinere, insperato mortis accepto nuntio, ita percussus fuit, ut è vestigio hastiludijs neglectis, magnâque pecuniæ vi, per religiosas familias, pauperes, templâque sparsâ, *peregrino schemate Romam, Ierosolymâque Dei, Divorumque* causâ adierit, septem annis, ignotus pauperibus ministrando. Ad Suos in IULIAM rediit, ut omnino *Sponsæ suæ fato* cautior factus, ludentem mortem mundumque luderet, rerum mortalium umbris abdicatis, in eremum ad cælestis vitæ meditationem, & pias latebras se contulit, eximie virtutis vir, quique singulari cibi parsimoniâ, assiduâ oratione, diuturnis vigilijs, veste fetis horridâ, vitæque incredibili

rigore non modò IULIAM, sed viciniam etiam omnem in admirationem rapuit. Merita illius B. HILDEGARDI NVMEN aperuit, quando selam maximi splendoris eius virtutibus præparatam, in cælo spectabilem habuit. E vivis ut excessit ad GELDRIÆ & IULIÆ confinia, in oppido GERLACH sepulchrum reperit. Multis miraculis hodie dum illustre. *Neque unquam Orbi tam notus GERLACVS fuisse futurus, nisi tam ignotus vixisset.* Valentinus Leuchtius, D. Molanus, P. Canisius in Martyrologio.

VI.

NEOBVRGI habuit melioris vitæ natales S. HILARIUS è Pannonia Episcopus, Vir & eloquentiæ, & virtutis præstantis, S. HENRICI eius nominis *secundi*, Cancellarius, qui fauente Diuâ KVNIGVNDE PALATINA HENRICVM IMPERATOREM permouit, ut Monasteriũ Monialiũ generis nobilitate & virtute conspicuarum DANVBIO NEOBVRGI imponeret. Et cum omnia vnus (ut Imperatoris Cancellarius) administraret, strenuus iustitiæ, viduarum, & pupillorum Tutor Patérque exstitit. Ad extremum gazas suas omnes vel in pauperum usus, vel ad templorum adyta, piâ prodi-

prodigalitate sparsit; quem Bruschius refert à morte plurimis miraculis clarum, ferè in medio eiusdem *Cœnobij* NEOBURGENSIS honorifico Mausoleo tumulatum, laterique eius post multos annos, eodem die anniuersario junctam quondam ibi *Antistitem* defunctam fuisse MARGARITAM BOIAM plurimarum Virtutum DOMINAM, quam neque hîc seiungendam existimaui. *Bruschius ad annum M. VII.*

VII.

MArgarita hæc P. M. GEORGII, cognomento Diuitis, Ducis Filia, in splendidas opes nata, primo ætatis flore æuo suo pulchritudinis miraculum, Sponso mortali & illustri reiecto, CHRISTVM pulcherrimum ex filijs hominum Sponsum quæsiuit, & in *Altenboenaru* cœnobio cum duabns eiusdem nobilissimi sanguinis sodalibus reperit, pridie Natalis B. Virginis *Parthenonem* ingressa anno Æræ Christianæ M. CCCCXCIV. ibique *auso generoso* Virginem professæ, capillos suos ipsa rescidit, illisque veluti vinculis iam expedita, mundum & res mortalium perosa excessit, omnium virtutum vividum exemplar: & quò altioris erat sanguinis,

hoc *submissiis* se gerebat, neque *ullum* Officij
genus ita *abiectum* erat, quod non vt infimæ fortunæ
 quiuis, *prompta* obiret, siue telæ lauandæ, so-
 landæ, aut exsiccandæ, siue culinæ vasa aut
 Cubicula pulveribus scopisq[ue] mundanda es-
 sent, manum libens applicabat, *memor* se
mox in puluerem redigendam. Patientiâ, obedi-
 tiâ, animi submissione, orationis assiduitate,
 affectûq[ue] erga inopes adeo *excellebat*, eo-
 rum vt in vsum semper loculos circumferret, ge-
 niûmq[ue] suum non raro fraudaret, vt esset,
 vnde pauperes foueret. Quibus in pietatis Stu-
 dijs, exardescente *Bauarico Bello*, N E O B V R G I
 asylon quærere coactâ, & virtutis famâ celebrem
ex merito suo præsidem moniales fecerunt sed ho-
 noris impatiens *ultro se Magistratu abdicauit*, vt om-
 nem excellentiæ, & sacræ vestis etiam splen-
 dorem abijceret. In cælum ad *caelestem Sponsam*
 abiit ipsius Regalibus anno mundi redempti
 MDXXX, magnificâ cæremonia ad *Mausoleum S.*
 HILARII Episcopi, tumultata, vsque dum hæresis
 (& in mortuos impia) anno M. DC. XII.
Lipsana, templum potius deformando, quam
 reformando, urnâ unâ amborum CORPORA
 contemptim includendo, ignobiliori ea loco
 abdidit.

abdedit. Credo ut nesciens, vel inuita heresis doceret eos in terris non separandos, quos calum fide, meritis, vitæque coniunxisset. Bruschius in eius vita.

VIII.

TREMONIA in MARCHIA, principe vrbis templo, DEPOSITIO S. REINOLDI MARTYRIS, SANGVINIS PALATINI, multarum & victoriarum, & virtutum ducis, vt in nobiliorem transfret familiam, non dubitauit COLONIÆ in sacrosancti PANTALEONIS Coetu purpuram cum ordinis habitu mutare, absolutum religiosæ & priscae sanctitatis speculum, quod ex pulchro flore pessima aranea inuidia venenato suo succo inficere conata est: dum enim instaret & architectos & operarios iustos, in domo Dei construenda tardiores verbis, exemplo, manu frequentius animaret, illâ pro domo Dei susceptâ curâ Fabri murarij, eorumque auxiliares operæ irâ accensæ alapis, verberibus colaphisque grauissimè sæpe sæpius contusum, aquis tandem suffocârunt. Corpus eius in fluuium abiectum à cælesti lumine, frequentique miraculo proditum est. *Rogandus hic Patro-*

nus

mus, ut clientibus suis facem Catholica Religionis perinde accendat. Ex Mart. P. Canis.

VII.

Eodem die festum S. CANVTI Regis Danie & Sclavonia Ducis, Regis Dacia Filij, & Sanguinis Richezae heredis, qui pro Christj nomine ac numine testando sanguinem per ultima supplicia A. S. M. C. XXX. expendit; & ab ALEXANDRO eius nominis III. Pontifice Maximo, Cælitum Albo adscriptus est.

XI.

IN EYFLIA STEINFELDI *Instituti PRÆMONSTRATENSIS ABBATIA, Festa dies S. S. Martyrum POTENTINI Diaconi, FELICIS Sacerdotis, SIMPLICII Militis purpuratorum Christi testium, quorum sacra Lipsana isthic pio populi affluxu, colitur religiosè. ex Martyr. Canis. & Lippeloo* XXI.

EMBRICA Urbium CLLVIÆ facile princeps magno in Virginum Conuentu, cultu solemni peragit Festum S. AGNETIS V. & M. ibidem sacris Exuvijs & Patrocinijs nomine celebris, quæ è prima nobilitate, vixdum annos nata

tredecim

IANVARIVS.

tredecim candidum pudoris florem, sanguinis sui purpurâ pinxit. Ex Annal. & Vita.

XXI.

Eodem honore gaudet *ad RVRAM S. HILDEGERMVS* senior, qui opere, ac sermone potens, spiritu planè Apostolico, per *Marchiam, Ravenspurgum, Cluiam, Theisderbandiam, vicinâsque Prouincias*, deletis idolorum templis, Christianæ veritatis lumen circumtulit, animarumque manipulis grauis, inflammatum Deo Spiritum reddidit, *Apostolicâ coronâ æternum coronandus*, ex P. Canis. Mart. Perar. Annal.

XXI.

SUSATVM quoque *MARCHIÆ non ignobilis* Vrbs sancto suo Martyre *PATROCLO* triumphat è *Trecensium primâ nobilitate oriundo*, qui *Cesare Aureliano imperante*, omni virtutum genere, sed vel maximè *salutis animarum Euangelijque inter idololatrias predicandi studio* memorandus, quo eius zelo Fidei furore accensus Tyrannus post compedes, ollas, pice feruentes, aliâque exquisita tormenta Martyri incassum illata, *cervice eundem abscissa perire iussit*.

B.

forte

fortè periturus, nisi sic periisset. ex Annal. Patr. & Mart. P. Canif. & Suriij.

XXIV.

HERVORDIÆ RAVENSPVRGII COMITATVS nobilis & ampla, sed altâ infecta hæresi ciuitas Festum recolit PVSINNÆ Virginis, cuius sacra Ossa Religiosissimus IMPERATOR CAROLVS CALVVS anno post SERVATORIS ADVENTVM M. D. LIX. Ecclesie donauit. Et applausit piæ CAROLI munificentie aether editis miraculis, cæcis visum, claudis gressum, languoribus correptis sanitatem reddendo. Non pusilla PVSINNÆ Virginis, sed Palmaria sanctitatis Argumenta, ex fastis Gelianis.

XXVIII.

AQVISGRANI Imperiali intra IULIAM territorio, B. SPEI Confessoris felicissime industrie SANCTI, in hominibus Deo conciliandis, ac planè ingentibus virtutibus, rarâque patientiâ memorabilis; cuius rei symbolum dedit columba nivea; ex ore agonizantis ab astantibus in Cælum avolare visa. Felix sanè columbina anima, quæ mortales non ambulandi, sed & volan-

di

di ad superos viam docuit. Ex Apparatu Geleniano, & Annal. Perarij.

XXVIII.

Ibidem ad AQUAS GRANIAS sanctissime exspiravit CAROLVS merito suo Magni nomen relinquens sub annum DCCC. XIII. etatis LXXII. nihil præter Christianæ religionis incrementum, & eternitatem in oculis habens. Novem Episcopatum Sedes, & Cœnobia, ad Alphabeti Græci numerum, quatuor supra viginti erexit. Basilicam MAGNÆ DEI MATRI visendam AQUIS condidit. cuius dedicationem mirabilem immo stupendam faciunt Auctores gravissimi, Canisius in Martyrologio, Chappeauille in Chronicis, Placentius, & recenter ex Antiquitatibus manuscriptis TUNGERENSIS Ecclesiæ Rarus Chronologus R. P. Jacobus Lobbetius Societ. IESV in Gloria sua Leodiensis Ecclesiæ; totam rei seriem sic refert compendio. Optabat CAROLVS, animo & re Augustus, ad augustiorem reddendam dedicationis solemnitatem, eidem interesse tot Episcopos, quot annus dies numerat scilicet 365. aberant contra Caroli votum duo, quod impleuere quondam TUNGRENSIS Ecclesiæ Episcopi MONVL-

PHVS & GONDVLPHVS e monumentis suis de-
 repente progressi reliquis, ingenti mixto stu-
 pore gaudio, eousque assidentibus, donec de-
 dicatione Basilicæ peractâ, acceptâque à Leone
Christi Vicario benedictione discessere, & suis se
 ipsi sepulchris reddidère, scenâ nimirum peractâ,
 cuius ergo venerant. Hac prodigiosâ solemni-
 tate impletâ, alteri, S. SVIBERTI scilicet *Canoni-*
zationi, Cesaris Insulae CAROLVS adstitit, quæ
 prima omnium solennis fuit, & cui sacrum
 augustumque lumen addidère tum ipse Leo
Pontifex Max. tum *Cardinales,* tum *Archiepiscopi,*
 & *Episcopi* varijs è locis exciti. Rebus Ecclesia-
 sticis in hunc modum rite ordinatis, *Syriam,*
Hispaniamque totam à Saracenis liberavit. *Ec-*
clesiam Romanam Longobardorum immanitate op-
 pressam, victis Barbaris, in libertatem asseruit.
Daniã, Sclavoniã Saxoniã, 33. annorũ Bello, idolola-
 triam abijcere compulit. Pauperes quoscun-
 que, etiam in *Syriam & Palæstinam* usque in-
 opiã laborantes benignissimè fovit. *Romana A-*
postolorum Limina Voti causâ quater, & celebrè S. *Ia-*
cobi in Galliciã ad eam semel summâ Religione adiit. *Ve-*
stem pilis Camelorum rigentem, maiorem vitæ partem ge-
 stavit & si quas animi corporisque labe contraxit,
 asperis

asperis jeunijs, vigilijs, lachrimis effusis ita de-
leuit, ut *Diuorum illi post mortem triumphus à Pa-
schali Pontifice decretus sit, celo PONTIFICIS fa-
ctum signis approbante. Eginhardus, Bauaria sancta,
Canisius, Chapeauille.*

XXVIII.

DEfert & MVNDA in *Satrapia IULIACENSI*
annuum honorem S. IRMVNDO *Confessori*
Patrono suo. Sanctus hic ex pastoriciâ simplicitate,
quasi alter AMOS, ex latebris vicinæ olim Sil-
vulæ prodiens, publicum communitatis gre-
gem pascendum suscepit, ut eâ occasione ru-
diores Diuini verbi pabulo pasceret. Aperuit
*merita eius annus M. DC. II. cum Batavus miles, va-
stato Luxenburgensi agro, per IULIAM ad suos*
rediret, inter alias vitæ militaris insolentias,
etiam templum in MVNDA diripuit, imagines
altaribus impositas disiecit, sacris se Sacerdo-
tum vestibus induit, funeribus consueto campa-
narum sono signum dedit, & statuis funeris ri-
tu, in Sanctorum ludibrium circumlatis eas
medio in templo flammis absumpsit (*Vestigijs*
etiamnum remanentibus) quas inter S. IRMVNDI
eiusque tumba, in qua quiescebat, Dei tamen

virtute vim suam igne exuente, tumbâ inquam omnino consumptâ, *ossa eius vniuersa*, sicut & *Byssus ipsa*, quâ tenebantur, *medijs in flâmis integra prorsusque intacta* (hæreticis ipsis attonitis) mansêre. His insuper accedit relatu dignissimum, *eundem sanctum IULIAM astate multorum mensum siccitate vexatâ liberâsse*; cum enim homines pecudesque extremâ siti ob aquarû penuriâ laborarêt, abiectus in preces firmâ fide, pullatâ pastoricio pedo terrâ, fontem ægris hominibus armentisque salutarem excitauit: qui & hâc nostrâ memoriâ eius passim nomen retinet S. Irmundi puteus (vulgò *Sanct Irmunde Psûz*) dicitur cuius aqua, anno & ampliùs in vase retenta, incorrupta perseuerat. *Ex publicis eius iudicij Irmundani tabulis, et Bolando.*

XXX.

EMBRICA Anniversarium agit S. ADELGVNDIS, *eius Propositis Reliquijs: S. Regis & Martyris BASINI Filie, in Truncinio extra Gandarum, juxta Regem Patrem sepultæ. Canis. Martyr.*

Sensit & quoque sub jdem tempus Fatalem mortis ictum IULIÆ Comes ALEXANDER eius nominis Primus, & 29. Leodiensium Princeps, cuius regiminis initia, bella excepêre
Comitis

Comitis Durassij, opem ferentibus Comitibus Lo-
raniensi & Flandria: utrinque velitationibus
 damnis illatis & acceptis, tamdiu certatum, do-
 nec pleno campo, justo prælio Durassius suo-
 rû 30000 bus unâ cû impedimentis & tormentis
 amissis, fusus fugatusque est; clade suâ docens
 honorû Ecclesiasticorû inuasores, rarò fortuna-
 tos, neque scelera diu esse felicia. Prætorîū vexil-
 lum perquam ambitiosum, ab Angliæ Reginâ
 Durassio submissum, & captum ad rei tam bene
 gestæ memoriâ, in amburbalibus, añiuersariis que
 processionibus plurimis retro annis circumla-
 tû est. Durassio deleto domi forisque Alexandro
 omnia quieta lætâque fuêre. In primis augusta
 sui Collegij Lambertiniani species, quam augustis-
 simam uno eodémque tempore præsentis, red-
 debant duo Imperatoris LOTHARII FILII, Re-
 gum. 7. Ducum. 14. Comitum. 30. Baronum. 7. ut
 jure Brustemij calamus æstu maiestatis incita-
 tus effuderit: *Pulchra es & facie illustri ac deco-
 ra Ecclesia Leodiensis, gloriosa dicta sunt de te, Cui-
 uitas Dei.* Gloriam hanc ipsius LOTHARII Im-
 peratoris & Augustæ Coniugis aduentus am-
 plificauit, quos secutus INNOCENTIUS Ponti-
 fex Max. varijs institutis supplicationibus ipso,
Palmarum

Palmarum triumphalique CHRISTI die, eos Imperiali Corona & Insignibus Imperij, more recepto, rite ornavit, non paucis astantibus Cardinalibus, Archiepiscopis, & Episcopis, tam Lotharingicis quam Transrhenanis 30. Abbatibus permultis, quos inter illud Orbis Christiani lumen S. BERNARDVS visebatur. Atque hi fuere ALEXANDRO, IULIÆQUE domui amoeni fortunatique dies, exitu tamen suo tristiores, quod nulla nobis Deus bona, nisi ad alicuius adversitatis pondus vendere soleat. Papiam enim à concilio ad dicendam causam, simoniámque eluendam, solá illi invidiá gloriæ comite, ut creditur, impactum evocatus, dum justo tardius iter ingredi molitur, à morte, quæ & Insulatis & Coronatis etiam Verticibus ex improvviso quandoque imminet, præventus est ad annum 1128. Eius tamen omni invidiá fortunâque altior, nunquam intermoritura vivet Virtus, Leodiensis Ecclesiæ chronico & Encomio subiecto illustrata: vir fuit magna prudentia, sagacis facundia, in humilitate præcipuus, in oratione devotus, in eleemosynis pauperum nulli fortè secundus. Ex Chapeauille, P. Iacobo Lobbetio, & Chronico Leodiens. Eccles.

Addamus

Addamus ALEXANDRO WALBODVM
 Cognatum, GODEFRIDI Ducis Montani filium, qui
 generis sui claritudinem ob eximias animi do-
 tes, & doctrinam Virtuti bellè sociatam,
 clariorem redidit dū *Stabuleti*, si Meiero credimus,
Monasticeen professus est: licet *Anselmus* id *Ultra-*
ieeti factum contendat! ut sit rarâ eius indole
 ac virtute jta captum Henricum. Imperato-
 rem loquuntur Historiæ, ut ex Religiosa qui-
 ete abstractum, & Suo Sacratio & Ecclesiæ Leo-
 diensi suavissimâ Numinis semper dilectæ suæ
 Legiæ invigilanti providentiâ, vel invitū præfe-
 cerit js autē â suscepta dignitate submissior, sibi
 soli vilescens, omnibus venerationi erat: & cum
 in funiculis caritatis, paternôque affectu om-
 nes complecteretur, distrahebatur velut in par-
 tes, vnus omnibus adesse cupiens, unicêque o-
 ptans inter ægrorum potiùs pædores, quàm au-
 læ odores, blanditiâsque versari. Hinc de reli-
 gioso vitæ rigore nihil remittens, jeunijs, Vi-
 gilijs, humi cubando, sacras ædes sine arbitris
 obeundo, continuô in seruitutem corpus re-
 digebat, & inter egenos lautiores sibi pro di-
 gnitate paratos cibos, diuite manu erogabat,
 imô horum ut nuditatem tegeret, sæpe sæpius
 C templorum

templorum ac palatij parietes altariaque peristromatibus nudabat, donec ab aulæ præfecto redimerentur, raro in tanto fastigio ac præfule exemplo, quod illustrius redditum, quando *Primarij* aulæ Ministri (sive verè, sive fictè) ei suboffensum *Imperatorem* HENRICVM, ex vulgi opinione, muneribus & ingenti Pecuniarum vî placandum suadebant, quàm ille collectam altiori instinctu totam inter mendiculorum agmina effudit, ratus longè sibi consultius futurum, cælestem, quàm terrestrem Regem placare; quod & ipse pius *Imperator* consilium deinde audiens, vehementer probavit. his Christianæ pietatis operibus dum non LEGIACO modò, sed *orbi universo conspicuus* vivit D. WALBODVS, ac Deum Diuòsque tutelares, propitios facit, cum in senectute bona, febris mortis prodroma invadit, quam mente cælo intenta frequenti psalmodia, assiduâ comprecatione robore cæpit, & vilibus stramentis superiniecto cilicio incumbere. *Ita nimirum jacere, ita excedere volunt grandes anime;* non in purpura, non in molli lectisternio, sed in asperrimo ciliacino stragulo; in quo quiescenti spectandum se illi præbet manifesta in luce S. LAURENTIUS

TIVS

tivs, die nominatâ *ipsum* ad se evocans. quo re-
 creatus nuntio pius *Præsul S. LAURENTIVM*, eiûs-
 que *Monasterium* ex asse heredem scripsit, & in
 terris vivere desiit, ut Cælo viveret: tam fre-
 quentibus â morte miraculis celebratus, ut
Stephanus primus *Diui Laurentij Abbas Virduo*
 accitus, veritus ne multitudinis ad opem â S.
 Episcopo referendam concursus, religiosorum
 Monachorum quietem interrumperet, *S. Præ-*
sulem rogaverit, ut crebrioribus supersederet mi-
 raculis. *An non hac illustrissima domus Juliaca,*
illustrissima anima, illustria argumenta? De-
 lituit ad annum usque M. D. CLV. Sa-
 crum pignus in *S. Laurentij Crypta* ex longa no-
 cte ab *illustrissimo Nuntio Apostolico D. Iosepho*
Sanfelicio liberatum, cum illud tumulo extra-
 ctum in eijdem Ecclesiæ Sacratio, deposuit.
 quod dum molitur, *Cælestis* quidam odor omnes
 afflavit, *illustrissimo ipso cum familiaribus,* rei no-
 vitate attonitis. Odor verò hic testis fuit, &
 index illius, quem aspirare solet eximia sancti-
 tas & virtutum odor. *Chronic. Eccles. Leodiens.*
P. Iacobus Lobbetius & alij.

Die I.

IN *Sacrario* NEOBURGENSI, *elevatio* *Reliquiarum SS. Martyrum* ABUNDANTII, INNOCENTII, GENASII & FELICIS *Pape*; quorum posterior Apostolico zelo æstuans, disciplinam Ecclesiasticam acerrimè propugnavit, Hæreticorum audaciam fregit, Achatium Hæresiarcham à Catholicorum Communione Sedèque Constantinopolitanâ semouit, multisque curis & laboribus pro Ecclesia defunctus, sanctissimam Vitam pari Morte conclusit. In tumulo eius cæci oculos, claudi pedes, miseri passim omnes salutem repererunt. *Ex sacrarij indice, & Martyr. P. Causis.*

II.

Hodie in terris esse desijt WALERANDVS GERHARDI *Comitis Iuliacensis* heres, ex Præposito *Leodiensi, Archiepiscopus Coloniensis* anno à partu Virginis 1334. Eximiâ fuit in cælites religione, & ob raras animi dotes inter æui sui Præsules clarissimus; quem multis, in primis Euangelij disseminandi donis cælum illustrem reddidit, *Ecclesie sue decus, gentis IULIÆ deli-*

um ac

um, ac subditorum amor. judicabat hic Præful Deo & Zelo plenus, plus esse verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quam ventrem morituræ carnis, terreno pane satiare. Magnū & vehementer sitientem salutis animarū animum cælo intulit COLONIÆ, ibidem in summā TRIUM MAGORVM ÆDE sepulchrum inveniens. *Annales Coloniens*

HEISTERBACI in MONTIVM ducatu venerabilis est dies CHRISTIANI Monachi, vitæ integritate, & miraculis multum illustris; qui corporis afflictionibus ac religiosis perfectionibus usque adeo addictus fuit, ut Superis & hominibus charo, ac litanti sæpius B. Magdalena Angelis comitata adstiterit; atque grauissimo demum morbo decumbentem Christus, eiusque Mater admirabilis septem continuis diebus clara in luce spectabiles inviserint; & cum morituro horas precarias decurrere visi sint. Moriturus totâ mente in Deum confixus, in suauissimis consummatæ charitatis affectibus CHRISTO Christianus junctus est, nullo tempore separandus. *Ex loci eius Necrologio & fast. Marian.*

V.

DIVA ADELHEIDIS MEGENGOZI & GERBERGÆ *Illustrium Comitum Filia, Vilica adfluvium Sigam eximie colitur, quæ ibidem magisterium, in devotas Deo Virgines exercuit, Matremque Religiosæ familiæ egit. quod Officium tanto virtutis, charitatisque ardore implevit: ut non harum modò, sed pauperum omnium Mater audiret, quibus tectum, victum nunquam non præbuit, pedes etiam eorum lavans, & ulcera velut gemmas tractare solita: unde tantam sibi in Cælo terraque gloriam conciliavit, vt vel ipsa tacente, sanctitatem eius virtutes & miracula loquerentur. Ex Appar. Gelen. & P. Canis. Martyr.*

VIII.

WERTHINIA nobilis MARCHIÆ & MONTIBVS interiecta *Abbatia, sub hoc tempus B. TIGRIMI Episcopi Halberstadiensis Ossa è tenebris in lucem, gloriosâ pompâ transtulit. Qui, dū viveret, alios verbis, doctrina alios, alios miraculis, beneficâ alios manu, vitæ exemplo omnes, ad CHRISTVM, eiusque cultum traxit. Et ex his ipsis, Dei unius quærens gloriam*
apud .

apud eundem, & suam nunquam intermorituram reperit. Ex Appar. Gelen. & Werthin. *Annal.*

IX.

AD SVLPIACVM seu *Fussenich* generis nobilitate & virtutum famâ conspicuarum *Virginum Asceterium* conditus & in honore est **ADALRICVS Francisci sanguinis Adolescens**; qui primo ætatis flore, mundo calcato, largâ manu hereditatem suam inter pauperes sparsit. Deinde *Roma limina Apostolorum, & Colonia trium MAGORVM, aliâque loca, Sanguine & miraculis Martyrum* nobilitata religiosè illustravit, multôsque annos talem se, quales nos omnes sumus, peregrinum **FUESSENICHII**, gregem pascendo tandem vendidit, donec aridâ prorsus æstate ignotus *Opilio*: & precibus fretus, baculo rudi fontem, armentis, hominibusque è terra *Medicum* daret. Et quid mirum, si terreno *Fonte cum alijs Divis Pastor* hic potus perennes beatitatis fontes adiecit, nullâ deinceps siti cruciandus. Ex *tabulis Fussenichianis.*

X.

WILHELMVS *Confessor* amplissimâ fortunâ **PICTONVM Comitum & AQUITANIÆ Ducum**

cum natus GREVENBROCCÆ, seu Comitum in
 PALUDE ad ARNAPHAM, triumphat, qui
 ingluvie, duellis, incestu ac bellis, pro Leone
 Schismatico, contra INNOCENTIVM *legitimum*
Papam gestis omnino infamis, enormia fla-
 gitia pari pœnitentiâ eluere conatus est, *po-*
tenti orationis fulmine S. BERNARDI & CHRIS-
 TI sub PANE *latentis presentia* percussus.
 Ut verò incredibilia Ecclesiæ illata damna
 refarciret, plurima monasteria, templa, cœno-
 bia, pauperumque hospitia instruxit, dilapsa
 reparavit, nominisque sui cognominem Ordi-
 nem reliquit. Neque hîc eius stetit virtus, sed
 altius progressa sapientis Anachoretæ consilio,
 molestâ ære & setis tunicâ Corpus torquebat,
 catenis cingebat, funibus ferro armatis in sese
 ipse sæviit, & eremo se abdidit. Ibi haustâ
 religione, cum ex divina meditatione miro vi-
 sendi CHRISTI *Incunabula & theatrum immorta-*
lium operum incensus desiderio arderet, Hiero-
 solymam supplicabundus petiit, & omnia à
 CHRISTO *Divinitatis, & Humanitatis impressa,*
 quæ reliquit in terris, *vestigia* piè exosculatus.
Rhodijs demum in *Stabulo* vitam pijs doloribus

plenam

plenam posuit. *Felicius utpote, quam in palatijs fecisset. Surius Baronius.*

XII.

IN perillustri S. CORNELII ad *Indam* Abbatia, B. Confessoris BENEDICTI, qui regnante LUDOVICO *pijsimo Imperatore* Abbatis Fastigium septem. & amplius annis tenuit, animi candore, sui submissione & contemptu insignis, integerrimæ probitatis exemplum de quo illud Apostoli jure affirmaris: *Mundum atque ipsum sibi invicem fuisse Crucifixos.* Ex tab. Abbatie & Necrologio.

XIV.

HVIUS Principis, ERARDI *publico bono nati Merita*, ne plus noctis, quam lucis meo è calamo hauriant, ea integra, ex manu & typis conscriptis *monumentis* LEODIENSIS Ecclesia referenda operæ pretium existimavi. ERARDVS à MARCKA, *Filius* ROBERTI *Comitis* à MARCKA, ex *Canonico* D. LAMBERTI *primùm* LEODIENSIS *Episcopus*, tum etiam *CARNOTENSIS*, tum *Archiepiscopus* VALENTINVS, dein *sacra ROMANÆ Ecclesie Cardinalis*, denique *Apostolicæ sedis Legatus à latere.* Principium ad-

D.

ministra-

ministracionis suæ à Deo & Religione ducturus, in LAURENTIANO primùm Cœnobio, deinde in *Chartusiano* MONTIS DEI propè SEDANVM ad sacra se comparat opportuno secessu, & rerum divinarum commentationibus. tum confirmatione à Pontifice acceptâ, ad S. Laurentij Sacerdotio initiatur, ac deinde TUNGRIS, Episcopali caractere consecratus, LEODIVM ingreditur solēniter Sacerdotij primitias Deo offert in æde S. Lamberti ipso Pentecostes die, spectante multitudine innumerâ, in qua & Abbates quinque supra viginti. De hoc Prasule, ut homines taceant, loquentur opera, tam sacra, quàm profana. Inter sacra recenseri possunt, ac debent primò Divi LAMBERTI Martyris sacrum CAPVT, quod sic exornavit. Quo die creatus fuit LEODIENSIS Episcopus, illi ornando contulit grave argenti pondus, tum auratam ex argento fieri statuam curavit opere elegantissimo, amplitudine plùs quàm humanâ ad umbilicum usque Episcopum illa refert insulâ redimitum, dexterâ pedum, librum lævâ gestantem. Pro basi opus est arte rarâ elaboratum in modum porticûs, totam molem ambientis, in qua minoribus figuris efficta sunt illustriora
in vici

invicti Martyris facinora. Et hoc primum sacrae illius munificentiae monumentum. Alterum est nobilis ex argento theca, mole ac pondere spectabilis, sed factoris arte spectabilior, in quam recondidit *D. Martyris THEODARDI sacrum corpus.* Post hoc etiam molitus est aliud: geminum scilicet aes companum *ERARDI monumentum:* alterum *CHRYSOGONI,* quibus nullum in vrbe, aut magnitudine, aut pondere comparandum, tum etiam aræ Principis pallium opere Phrygio, gemmis & vnionibus sanè dives, opus & materiâ & arte nulli secundum: cui accessere ad *Missæ sacrificium* sacrae vestes & capæ duodecim è telâ aureâ, & ipsæ unionibus graves. Eòdem spectat, quod duobus ante obitum annis, *sepulchrum sibi vivens posuerit,* cui nullum fortè in Europa par invenias, opus est ex ære aurato statuis rarâ arte fuis insignis; cui hoc Epitaphium ipse insculpi iussit:

*ERARDVS à MARCKA mortem habens
præ oculis VIVVS posuit.*

Et hæc fuerunt *sacrae illius* in Posteris *beneficientiae monumenta,* quibus paria, immo & maiora sunt opera, quæ perfecit & in Vrbe & foris. Foris quidem erecta in sinibus Patriæ munimenta

nimenta, cuiusmodi sunt *Arx Hoiensis, Dionantea, Franchimontana, Stockemensis, Curingana.* In Vrbe autem Palatium ingentis omnino molis, cui erigendo totos 32. años insumpsit, sumptu planè Regio. Nec enim aliud aut poterat, aut volebat qui illi regius erat *animus.* Esse in terris desijt anno M. D. XXXVIII. Kalendas Martias, CORPVS illatum sepulchro, quod sibi *vivens erexerat: COR* autem *HOIAM* in *ade Cruciferorum: EXTA* reliqua in Cœnobium *SEPTEM FONTIVM,* non procul *Bruxellis* delata sunt. *Ex Glori. Leod.*

XV.

IN Castro *V. OLMVNDTSTEIN RVRÆ* in *Marchia* imposito, *Beatæ Memoræ venerabilis GERTRVDIS,* quæ inter blandientem mundum & amplissimam fortunam, turbas & temporalium negotia fugiens, umbrâsque devitans sponte reclusa, *Dei causâ,* umbras inhabitavit, solidâ pietate, laborum patientia, mansuetudine, aliarumque *virtutum splendore* ita ex ijs emicans ut gemino in orbe *umbrae* illi amplius non sint formidandæ: *more enim solis, virtus hoc pulchrius nitet, quò diutiùs latet.* *Ex Appar. Gelen.*

XVI.

HEISTERBACI in *Montibus* triumphalis lux
 Beati SIFFRIDI, vaticinijs eximij egregiæ
 pietatis, magnæ virtutis, & probati exempli
 Religiosi. Totus erat in humilitatis charitatisque
 officijs, sociorum obseruantissimus, adeò in
 omni virtute perfectus, ut quam singulatim
 inspiceres, eam eminentissimam judicares. In-
 de ita rapiebat ad se omnium animos, ut aptè
 in eum sacrum illud caderet elogium: *Dile-
 ctus Deo & hominibus, cuius memoria in be-
 nedictione est. Ex tabu Haister. & Appar. Ge-
 len.*

XVII.

SIGENBERGÆ S. BENIGNI Presbyteri & Martyris,
 qui innumera gentilium turbâ ad Christum
 adducta, nervis sub Aureliano Imp. & Terentio
 præfecto dirissimè cæsus, ad trochleas extendi ju-
 betur, & Corpus lanceâ perforari, quibus cruci-
 atibus nobile Martyrium consumavit, *reliquias
 eius S. Anno Archiepiscopus circa annum Chri-
 sti MXXIII. magnâ cleri populique totius fre-
 quentia in Ecclesia Sigebergensi deposuit. Vendi-
 cat, & Elvanga sibi Teste P. Canif. hoc fan-
 ctum*

Etum Benigni pignus quæ lis de Beato *Benigno* facile componetur, si utroque loco, vel ex æquo, vel maiori ex parte Reliquias possideri credamus. *Can. in Martyr. S. Georg. Wicelio in choro S.S.*

XVIII.

H*Eisterbaci* ex humanis abiit venerabilis **C***ÆSAREVS* de *Milendunck*, pietate, prudentiâ, doctrinâ, exemplo, submissione mirus; quâ potissimum suadente amplissimam *Prumiensem Præfecturam* abiecit, ut suos inter æquales humilis viveret. Præter mortem & æternitatem, totâ mente Deo fixus nihil in oculis habebat: laboriosæ charitatis religiosus. In *asceterijs virginû, regulari spiritu imbuendis a Deo electus*, erga pauperes erat munificus, cû Deo usque adeo familiaris, ut animam agens, toto corpore humi prostatus, manibus in crucem exporrectis, suavissima inter *IESV & MARIE* nomina, ditissimam virtutibus *animam Deo Procreatori* redderet. *Ex Heist. Necrolog.*

XXXVIII.

C*ONRADVS* de *Ravenstein*, alijs de *Rin-stein*, *Episcopus Herbipolitanus*, vir eruditione

tione & meritorum gloriâ clarissimus; qui dum, S. IOANNIS *Baptista* exemplo, cognatos *Pothorem de Reinstein, Henricumque à Falckenberg* seu ab *Hondt* sanguine nobiles, sed flagitijs magis illustres, plenâ libertate Christianâ monendo ad saniora itæ morumque sanctiora consilia animaret, *visus est cum Loh* peccatoribus, quasi ludens loqui, quod essent sine timore; uude ab efferatis & Impijs sacrilegâ manu obtruncatur gloriosus Christi Athleta, ipso sanctæ *Barbaræ* Festo anno MCCCIII doctrinam suam proprio sanguine consignans. Sunt qui *Conradum* hunc Martyrem habent, quod certis rationibus doceri minimè potest, ideòque hîc non astruo. *Novit Deus cui laboravit & certavit, & qui certantes vincentèsque coronat. Chron. Herbipolen. & Bucelinus.*

XVIII.

RUPERTVS è Ducali MONTIVM sanguine oriundus *Pataviensis* primùm, dein totius cleri votis *Padibornensis* electus Episcopus 31. Princeps Pacis, *Iustitiæ Zelo* nulli secundus; *Ecclesiæ suæ* proventus magnificè auxit, vniversis acceptissimus; cuius in omni fortuna, constans

stans vox: *Mala non obesse, nisi malis; Bona non prodesse nisi bonis.* probè enim tenebat, manum Dei incognitam quidem nobis, nunquam tamen malam (vtpote semper Paternam) esse posse, eundemque felicitati terrenæ amaritudines miscere, ut illa quærat^r felicitas, cuius dulcedo non est fallax, quam in votis habens, ubique Religionis & munificentiaæ suæ monumentis relictis, mortalitatem A. C. 1394. pestiferâ lue exiit, dum munitissimam arcem P^AD^TB^ER^G ab hostibus Ecclesiæ inessam obsidione premeret, & à successore *Ioanne Episcopo ab HOIA*, eius tandem à morte captam. Monumentum & quietem in Ecclesiâ suâ *Patibornæ* reperit.

XX.

Eiusdem meritis (*HOIA*, successore vitâ functo) allectum *Illustrissimum Cathedrale Capitulum*, eius fratrem *GVILIELMUM* 18. annorum *Principem, Antistitem* ordine 33, constituit, contra quem dum *Pontifex Romanus BERTRANDVM* *Canonicum Ravennatem* nominat, dubiâ aliquamdiu possessione *GVILIELMVS* usus, tandem legitimè confirmatus est, quod *Bertrandus* linguæ *Saxonice* ignarus sese subditis obesse

obesse potius, quàm prodesse notans, duobus acceptis equis, Patriam, unde venerat, repetijt. neque ipse *Guilielmus* Episcopatum constanter administravit, coactus, ad familiæ conservationem A. C. M. CCCXV. resignare, ductâ in uxorem *THEODORICI Archiepiscopi Coloniensis nepte Comitissa Techlenburgiensi*; ut jure hunc orbem nihil stabile possidere, sed continuo in orbem fluere affirmâris.

XXI.

DVobus hisce *fratribus Comitibus*, non in indecorè *Comitem & consanguineum ipsorum* adiungimus *THEODORICVM* ex nobilissimis *MÆRSÆ Dynastis, huius Nominis secundum, Episcopum Padibornensem 34. & Administratorem Halberstadiensem*, Principem vetustissimæ familiæ, multo nomine de Patria meritum, maximis animi & corporis talentis præditus, qualem multis seculis *in togâ & sago* illa *Diœcesis* non vidit, ad omnia vigilantē, non ignarū *plus vigilare esse plus vivere*, quâ tamen vigilantissimâ curâ paternâ cavere non potuit, quò minus alia atq; alia *Dei flagella*, populum eius afficerent: tanta enim, præter grassantes continuo morbos, tempe-

E statum

statum vis urbem viciniámque concussit, ut pessum itura omnia viderentur, quam *DEI manum* (utpote prudens & in omnem illius nutum paratus Princeps) patienter sustinuit, gnarus in *prodigiosis casibus & mutationibus*, non esse aliam rationem, quàm summam rationem, scilicet Deum ipsum: ac proinde longè prestantius esse pati acerba, pro, & à Deo, quàm beneficà eius manu continuo frui. jmo hác publica calamitate ab eodem ansam sibi ad bene de omnibus merendi amplissimam afferri; quàm etiam suis divite ac profusà manu (ut verus Patriæ pauperumque Pater) egentibus subvenit, cumulatissimum à Deo præmium accepturus, eaque firmatus spe, anno M. CCCC. LXIII. mortalitatem exiit, & immortalitatem (ut sperare fas est) induit. Habuit hic in Cathedra *Monasteriensi cognominem Successorem Antistitem HENRICVM Comitem de MÆRSA electum A. C. 1415.* de quo cum nihil addant Chronologi, quàm laudatissimum vixisse, in laudibus eius meus quoque jure quiescit calamus.

XXII.

His *Præsulibus PADIBORNENSIBUS* eiusdem *Ecclesiæ Antistes THEODORVS Baro de Reck*

Reck non inconcinne jungi videtur, quem magni Patris BENEDICTI Asceta R. P. F. Gabriel Buzelinus, meritissimo suo de Germania calamo hoc ornat elogio: Theodorus Adolphus Baro de Reck, in Marchia natus, 44. Padibornensis Episcopus, nobilitate generis, singulari eruditione, Auctoritate & rerum gerendarum dexteritate, & ante omnia, eximiâ variarum virtutum laude celebratissimus vixit. Postremis suis in Regimine annis, publicis Patriæ supplicationibus energumenorum phanaticorum Patriæ inerrantium copiam, maximo patientiæ, pietatisque documento sustinens, precibus, solidâque pietate fregit, nostro hoc ævo inter Principes vitâ laudabiliter obitâ non infimus Princeps. P. F.

Gabriel Buzelinus.

E 2

Die I.

Die I.

IN Insula *Cæsarea* S. SWIBERTI Episcopi à LEONE Papâ, CAROLO MAGNO præsentè, solempniori, quàm aliàs, sacrâ cæremonia Cælitibus adscripti. Hunc SWIBERTVM Apostolum suum agnoscunt Batavi, Frisones, Dani, Brunovicenses, Montenses, Westphali, Colonienfes, Saxones, *quibus ille*, superstitionis nocte sublatâ, fidei lumen intulit, Sacrà undâ innumeros abluit, inanum deorum fanis ac simulacris sublatis. *Werdam* illustre fidei propugnaculum, bono fidei erexit. Sanctâ PLECTRVDÈ & PIPINO aurigantibus, Apostolatium suum plurimis vaticinijs, ostentis, miraculis, tribusque mortuis in vitam revocatis confirmavit: quos inter nobilem adolescentem Splinterum excitatum memorant. neque citiùs Svibertus mori posse uisus est, quàm mortuum suscitâisset. *Canis. Bav. Sancta in vit. B. Plectrudis.*

II.

NEOBURGI in arcis sacrario depositio, duorum CAPITVM SS. VITI & CASSIANI & aliarum RELIQUIARVM Sanctarum Virginum & Martyrum, LUCILLÆ, MARTHÆ, PRIMIVÆ

TIVÆ

TIVÆ, anno partæ Salutis M. DC. XXVIII. ex Cœmeterio, seu Cryptis CALIXTI, de VRBE extractarum, quas legitimè impetratas, *gloriosa memoria Princeps, Serenissimus WOLFFGANGVS WILHELMVS COMES PALATINVS RHENI, BAVARIÆ, IVLIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM DVX &c.* anno insequente NEOBVRGVN transferri curavit. *Ex Sacr. Indice.* Quas hoc demum anno 1663. 15. Maij vnà cum CORPORE S. MAVRI ab admodum R. P. IOANNE PAVLLO OLIVÀ SOC. IESV VICARIO Generali, *Serenissimo Duci PHILIPPO GUILIELMO Comiti Palatino Rheni &c.* recens Româ submisso, Idē Ser: Dux hereditario erga SANCTOS affectu, inter Cleri, Aule, Civium, Provincialiumque accolarum pia vota, ac magnificâ pompâ per urbem atque suburbia circumferri, & Ipse Præsens varijs in Templis deponi postea curavit.

II.

IN Collegiata DUSSELDORPIENSI Festum S. WILLEICI Presbyteri S. SWIBERTI in Apostolatu Collegæ; qui cum totam Saxoniam, Montes, Marchiam, Angariam, vicinâsque

latè Provincias, concionabundus obiens, infidelium multa millia, *in libertatem Christianam* è deorum servitute *asserta fonte sacro* lavit, & frequentibus ostentis confirmavit, quo virtutum odore allecta B. PLECTRVDIS, AVSTRASIÆ Princeps Eundem à S. SWIBERTO cum socio Theodorico ad Pipinum decumbentem, Ioppiliam eunte, precibus obtinuit, vt secum devotionis consolationisque causâ COLONIÆ resideret: vbi in Domini vinea gnauiter defudans, prodigijs illustri GERALDVM *illustrem* PALATINVM à peste anginæ; & Gotebaldum à præfenti Morte, Salutiferæ Crucis signo (attonitis PLECTRVDIS & populo) liberavit. Demû S. SWIBERTI in *præfectura WERTENSI* decennium gnauus & Fidelis successor A. DC CXXII. Apostolico spiritu, vitæ integritate & prodigijs illustri, longû æternitatis iter ingressus est. *Mar. Can: Bar: Sancta.*

III.

CHVNIGVNDIS AVGVSTA & VIRGO EX COMITIBVS PALATINIS MOSELLANICIS, HENRICI IMPERATORIS VXOR, suis meritis dives: vt proinde in ea amabiliter Spiritus Sanctus quiesceret, *carnem nudam cilicio tegebat, cilicium aureâ*

reâ

reâ veste dissimulabat, hęc sanctior, quò superior. *Virginitatis florem*, malevolorum & caco-dæmonis invidiâ, *apud Virum in suspicionem adductum*, *candentium vomerum experimento integrum probavit*, *malens familiam quàm Virginitatem emori*; quam & à S. HENRICI fato, in Cænobio à se BAMBERGÆ cum Diœcesi, erecto illibatam ad ultimum vitæ terminum servavit. *Ex Mart. Can. & sanct. Bavaria.*

III.

IN Abbatia Divitensi, vulgò Tuitiensi, felix discessus B. ROBERTI Abbatis, qui scientijs instructissimus, ac libris clarus, cum mundum totum curioso oculo, penitus inspexisset, neque hic vsquam, invidiâ dominante, arrideret, pedem extra mundum, Divitensi in familia constituit: patrimonio in pauperes liberaliter effuso. votis Deo arctius obstrictus, ita in pietatis studia totus abiit vt loci eius præfecturâ, omnium calculis dignissimus habitus sit. Et sanè, *dum non præesse, sed prodesse desiderat*, omnibus charus, cilicio cineribusque incubans, ad immortalitatis præ-

mia

mia evocatus est. *Ex Appar. Gelen. Natalibus Domini Molani, & Valentino Leuchtio.*

IV.

ITEM festa LUX CÆLI PALATINI, *Sociorumque eius* numero septem & viginti, qui exquisitissimis tormentis excruciiati, in mare deiecti, stolis cælestibus mundati, immaculatum agnum sequuntur.

V.

ESSENDIÆ B. THEOPHANIÆ *Abbatissæ, Erenfridi Comitæ Palatini, ex MECHTILDE Sorore OTTONIS Tertij Neptis, quæ magna omnino augustissimæ Cæli Reginæ Cliens, quæque admirabilium virtutum splendore, ita sacrum cœtum suum personarum ac virtutum numero auxit, ut non immeritò eius loci, & cæli delicia habebatur. Ex Appar. Geleniano.*

VI.

PHILIPPVS *Comes de Hinsperg ex Præposito Cathedrali, Cleri, Populique votis unanimiter electus, 45. Episcopus COLONIENSIS; Princeps qualem multis seculis non vidit Germania, DEI, DEIPARÆ subditorumque cultu insignis*

ignis, omne ferè patrimonium in exornandis Ecclesijs, muniendâ Colonia Agrippinâ, expendit; duos, Westphalia & Angaria latissimos nobilissimòs-que Ducatus concessione Caesaris (Henrico Leone proscripto) sedi suæ comparavit. Munificentissimus idem fuit amplissimi Cœnobij Haisterbacensis Fundator. Tandem anno M. CCX. operibus meritisque plenus, fato defunctus est.

VII.

GERISHEMIUM prope Disseldorpium à WILBERTO Episcopo Coloniensi, anno M. CCC. LXX. ædificatum, & à GERICO Comite dotatum, festivo plausu honorat B. REGENBERGAM eius Ducis filiam, cuius cœlesti prudentiâ tantum sapientiæ hausit, ut una de numero prudentum, cœlestes CHRISTI nuptias, omni ævo continuandas intrârit: quæ seculum blandiens, & terrenas voluptates Ducis Parentis sanctâ institutione reliquit. Sub veste splendidâ cilicium occultare solita, artem, mundum piè fallendi, nos docens. utriusque & Parentis & Filie Cineres urnâ unâ conduntur. Ex Appar. Gelen.

SVb idem tempus HEISTERBACI in *Leobergica Montium prefectura*, transitus venerabilis GODSCALCI ex *Volmundstein*, cuius erat spectata religio. Vir is apprimè modestus, Germanum sese eius ordinis filium Virtutibus Regularumq; observantiâ ostēdens, Vir inquā verè humilis & miræ patientiæ; libentissimè, quidquid domi pérgrave & abiectum erat, subiens. Tandem cum vitam consentaneam, ex S. BERNARDI Patris institutoris sui spiritu ductis virtutibus exornâsset, honoribus repudiatis, maluit inter suos Ascetas piè latère, quàm vanè alibi patère; solique *servatori suo* CHRISTO servire: quem, vt *unicum amorem suū in sacra SYNAXI latentem* quoties contemplatus fuit, toties *astu absumendum* existimâsset, nisi illum *oculorum sacrâ undâ* temperâsset, quem jam cælo adscriptus, de facie in faciem, æternitate nullo fine terminandâ contemplatur. *Ex Appar. Geleniano.*

VIII.

BR V N O *illustri Comitum Altenanorum familia oriundus*, invitus planè ex *Prapósito Episcopus Coloniensis* 46. renuntiatus, suæ ætatis *Episcoporum Speculum, Cleri Norma*, de quo *illustre illud*

illud, & à seculis rarò auditum, Chronologi, constanti calamo testantur: Eundem vix triennio obtentam, dignitatem, tædio humanarū rerū victum abieciſſe; ad amicā sibi Monasticæ vitæ quietem properāſſe; fratri ADOLPHO *Ecclēſiam* relinquēs, *cucullum Montis* VETERIS Coenobio, auro generoso induens, quod *Cisterciensis* familiæ *nobile Asceterium* suis impendijs erexit, & fundavit Adolphus primus & ipse Altenanæ familiæ Dux & Caput. Habent hoc in loco plurimi *Montani Duces sua reconditoria*, & monumenta; ex longā nocte olim ad tubam magni Angeli, lucem præstolantes. Fuit hic Bruno admodum familiaris D. BERNARDO, cuius etiam Spiritum, sanctōsque mores, genuinus S. Magistri Discipulus, dum vixit, expressit. Salve ô nobile terris, & DE Q. Sanctorum par! *Buzel. Annales & alij.*

IX.

WALRAMVS Comitum IULIACENSIVM, vt & sanguinis, ita & virtutum heres. Legitimis Cleri votis Colonienſi Cathedræ impositus, spes de se conceptas non fefellit. Is cum sciret vnicam salutem imperantis esse ex lege DEI

republicam gerere, justitiam, æquitatem tueri, non admittebat lymphatam illam, & semet ebriam Politicam sapientiam, quam currens quidem, sed extra viam, & metam non pertingere affirmabat: errare etiam vehementer illos, quòd sanctitatem, fidem, pietatem, virtutes, inter privata bona reponerent, & Regentes, quã juvat ire, viã permitterent, quod uti prorsus impium detestabatur, utpote non nescius *remotã justitiã, Regna non nisi magna esse latrocinia; & Regentes propterea cautos optaret, quod, ut calum sidera, ita Rex circumferat populum; quod suo ille exemplo regendi que munere octodecim annis verissimum probavit, subditis sub arbore & ficu suã DEI intimore, altã pace viventibus: licet invidia virtutum individua comes hanc ei, subditisque fortunam in vitæ coronide (ã potenti manu valde presso) inviderit; & cum nullum telum acutius calumniã; nec magis quidquam timendum quàm iniquitas & perfidia impij: subditis paterno continuòque mærore compassus, Iustitiæ, Beneficientiæ, Religionis Munimentis clarus, vitam hoc in orbe amisit, in altero reperit: Corpore amoris sui tessera gregi suo commisso*

misso Coloniae, & relicto. *Bucel. in prima sacra
Germania parte.*

X.

ALter erat BALDERICVS, *Comitis Montensis
Filius*, quintus & decimus *Leodiensium E-
piscopus*, cui in litteris instituendus à primis
annis, commissus est S. BRVNO *generosa Regum
Soboles*. Dies consilij de republica capiendis;
precibus autem noctes quotidie dabat. Præ-
fuit annis duntaxat tribus; at senio meritòque
gravis A. D. DCCC. LVI discessit, & in sua
sibi Ecclesia sepulchrum posuit. *vide R. P
Jacobum Lobbetium in sua gloria Leod. Ecclesie.*

XI.

Vltà functum esse Februario exeunte, ad
annum MCCCC. XIX. IOANNEM *Heins-
bergium* fasti memorant *Leodienses*. Fuit is ex-
cellentissimi Dynastæ *Ioannis Heinspergij & Le-
zvenbergij* heres, ex *Archidiacono Hasbania*, LII
Leodiensis Episcopus, cum *Archiepiscopis Colonien-
si & Trevirensi Cruce signatus*. Legato Apostolico
Expeditioni bellicæ contra *Hussitas in Bohemia*
nomen dedit; peregrinationem *Hierosolymita-
nam* suscepit; sed structis in via insidijs inter-
misit;

milit; FRIDERICI Tertij coronationi interfuit Aquis-
grani, ac deinde pertæsus oneris, negotiorum,
Episcopatum LUDOVICO BORBONIO, CAROLI
Ducis BORBONII filio reliquit, Heinsbergium
repetens, vbi mortis meditationi, Deo, sibi que
in eius sacra æde vacans, nobili coronide vi-
tam clausit, & in eadem sibi tumulum elegit,
ut ibi esset emortuum Corpus, vbi totus fuerat Animus
viventis. Leod. Chron, & alij.

XII.

Hocsemius, Chapeavillus, Bucherius, in sua
Chronologia ad annum Christi 1333.
volunt denatum ADOLPHVM de MARCKA,
Comitis de MARCKA filium, ex Præposito W
ORMATIENSI, 75 Episcopum LEODIENSEM. Or-
dinatus est à CLEMENTE huius nominis Papa V.
Subdiaconus; Diaconus autem, & Sacerdos ab Episco-
po PRÆNESTINO: denique à BERENGARIO
Cardinali Episcopo TVSCVLANO, in Episcopum
consecratus est. Tristi sanè fato in ea incidit
tempora, in quibus & domi, & foris turbæ
multæ, adeoque turbatum eius Imperium. Ab
eodem decretum A. Christi 1334. ut annus
inchoaretur à Nativitate DOMINI, cum an-
tea à

tea à Pascha initium seu exordium caperet. ita Bucel. in 1. parte sacrae Germaniae. Ab ipso MECHLINEA in Feudum Comiti Flandriae vendita 14. Iulij. Adita etiam ab illo possessio Comitatus LOSSENSIS, quem LUDOVICO ultimo Comite mortuo, Iure antiquæ & legitimæ donationis, ADOLPHVS suum fecit, & usque huc suum facit, cum serenissimo PRÆSVLE suo illustrissimum CAPITVLVM. Rebus ita domi, forisque præclare gestis, communi patriæ luctu, sublatus est è vivis. In arce CLAREMONTANA Leodium inter & Hoium in D. Lamberti Basilicâ sepultus. Plura vide apud Auctores citatos

XV.

ANno à Christo nato MCCCCLVIII. Aprilis XXIII. in Auita Clivorum Arce, IOANNES eius nominis secundus primam ex utero lucem hausit; alteram seu celestem sacro ex fonte; quo VETERIS CAMPI XXVI. Abbas HENRICVS de Rbaij, IOANNE primo Patre eius sic mandante, ipsum abluit IOANNI Duci à consilijs, & in paucis Charus, ac proinde ab eodem (vt Clivia narrant Annales) à Baptismate, rari pretij & operis scypho argenteo inauratôque

donatus

donatus Educatus autem est ab Avunculo CAROLO in Aula Burgundica, & litteris, & virtutibus studiisque tanto Principe dignis eoque instructus, ut Avunculi Castra secutus, fatali Nanciano prælio A. C. 1477. interfuerit, ignei fanè & excelsi animi Princeps, Patris & Avi sui Adolphi primi Cliviæ Ducis, ut sanguinis, ita & virtutum heres frequenter affirmare solitus, genuini sanguinis nepotibus à maiorum præcellis cogitationibus non esse degenerandum. Nobilitati suæ domesticæ hoc crebrò suggerens, ad Virtutem non tam eundum, quàm cursu contendendum esse. Ex aula Burgundicâ redux, dum rogatus asseruisset se incredibili illâ hominum Nanceanâ in pugna strage ita delectatum ut, dum *spiret*, bella *speret*; Martialem illum animum, ut ei, qui à consilijs ipsi erant, eriperent, ipsum domicellarum illecebris emolliendum eximendumque existimabant, quibus etiam (ut flexilis ad omnia illa est ætas) largè usus, non suo, sed vitio alieno vitiosus extitit, quod stratagema Politicum, ut impium ævo suo, *Arnoldus Heimericus Decanus Santensis*, in libris suis Sophiologicis acri cala-

mo castigavit, optans ut Principem suum, *re-*
ta potius ad templum HONORIS ac VIRTUTIS,
 quàm *Veneris* duxissent. Ex quo tamen DEI
 beneficio, naturæ honestate & huius vigilan-
 tissimi *Henrici* operâ eductus est, Avi eius
 ADOLPHI Parentisque Virtutes continuô instil-
 lando; serio monens, vt sicuti illas maximè
Avi grata posteritas sepulchro, ita ipse cordi inscri-
 beret. IOANNES candidè monentem, facili & sin-
 cero gentis genio obsequutus, petito atque ac-
 cepto *Avi Adolphi Epitaphio illud vitæ regulam*
 constanter habuit, quo, & Heimerico vitæ
 Ducibus usus anno 1481 *Patri defuncto* succes-
 sit & Heimerico ad Feuda ab Imperatore FRI-
 DERICO impetranda misso, præcipua nobili-
 tate comitante in vtraque Provincia homagio
 inauguratus est. Principium eius regiminis ex-
 cepit bellum *Vltraiectinum*, qui fratrem ipsius gu-
 bernatorem vrbis electum, ac proditoriè de-
 inde captum Amersfordiam abduxerunt; qui
 tamen motus, potenti vicinorum intercessione
 indutijs contractis eo faciliùs positi sunt quod
 IOANNES *noster* minimè ignoraret bellum facile
 assumi, sed non nisi alieno hostisque arbitrio
 poni; imò grande esse malum, scelerumque
 G com-

compendium, & eò deterius, quò diutiùs trahatur. His itaque curis liberatus, suorum maturo consilio *audito* A. C. 1439. 3. Novembris HENRICI HASSIÆ *Landgravij Filiam* MECHTILDEM HERMANNO HASSO COLONIENSI *Archiepiscopo Fratre* HENRICI auctore, neptijs SUSATI exqui sitissimis celebratis duxit, quæ Catimelibocensis illi Comitatus partem in dotem attulit, ipse verò Coniugi vicissim, pro munere dotalicio, *Arcem* MONREBERGENSEM, eiusque proventus à morte suâ ei assignavit; ex quâ illi in auita CLIVIORUM *arce* nati IOANNES TERTIVS *eius Successor*, ANNA, PHILIPPVS, & ADOLPHVS. De quibus aliàs erit scribendi locus; interea IOANNEM non nisi coactum, ad bella & arma proficientem bella ex bellis fatigârunt: Primum à Monasteriensibus, & Hallerensibus motum A. C. 1492. ob avecta frumenta; & priùs geri, quàm parari sensit. Itaque ab ijsdem inopinatò invasus, quantum potuit militum contraxit, quibus hosti oppositis, dum variâ clade, fortunâ alternante concurritur, animo, armis, &, quod caput est, causa superior IOANNES, hostem ad æquas pacis condiciones petendas ipsâ S. VITALIS cogit, quæ licet illi

illi non satis commodæ forent, máluit tamen in nocendo aliquid omittere, quàm cum aliquo suorum detrimento hosti nocere. Neque motibus his positis quies. GELDRICIS enim indutijs cum MAXIMILIANO exspirantibus, neque CAROLVS *sententia* ab IMPERII PRINCIBVS pro MAXIMILIANO *late* acquiesceret, anno 1498. *Auctoribus Henrica ab Hompesch, Domino in Wicbradt; Ioanne à Palandt, Domino in Burg; Theodoro à Bronchoff, & Battenberg, Domino in Hunnepell, Toparchà Clivio.* IOANNES hic CLIVIVS MAXIMILIANI partes secutus est: qui ingenti exercitu ALBERTO SAXONE & GEORGIO BAVARO *Ductoribus in Geldriam* misso *Wachtendoncam, Stralenum, Bathenburgiam,* aliáque GELDRICÆ *oppida* expugnavit; sed à CAROLO Egmondano, Hinsbergà, & WILHELMO IULIO Erculenà expugnatis, MAXIMILIANVS cum EMBRICAM, DOTECOMIAM CAROLO eam propugnante, frustra tentáset, re infectá A. C. 1499. cum suis in *Germaniam* ingloriè reversus, *Cliviam* præsidijs nudatam, hostium libidini permisit ut ad eam servandam IOANNES indutias sibi iniquas quærere coactus sit, quæ tamen illi ipso anno à Neomagensibus minimè servatæ

funt. Hi enim ipſo S, MATTHIÆ, Saltum CLIVIVM ingreſſi QVADRIBVGVN flam̃is abſumpſere; BETHERGAM Nobilium Virginum Conventum adẽmque Antonianam in Silva cædua ſpoliãrunt, ſed à Clivijs Moldika pago retracti, 1200 capti, reliqui deleti ſpolijsque exuti ſunt. De Clivenſium Victoria illius temporis Poëta ita luſit:

Anno milleno, quingenteno minus uno

Mille & quingentos Clivus cepit Neomagos,

Cum prædis cunctis, quas diviſere ſuis.

Q Uam cladem vsque adeò GELDER ſenſit, ut telis ignitis Cranneburgum a prodigioſa Cruce celebre incenderit, Wartium, Byrthemium aliõsque pagos expilãrit, & captis quadam velitatione 70. Sanctenſium præſidiarijs, Kalenium, Smithuſium Arcem, aliãque minora oppida vaſtãrit. His iniurijs irritati milites, dum talionem reddere GELDRIS parant, pro ingenita manſuetudine IOANNES ne flam̃is ſæviant imperat, voce cedro & immortalitate dignã addens: *Talio de Calis eſt, & Deo ultio, non noſtra.* Neque glorioſum, aut magnum facinus

nus

nus censendum, tuguria pauperum & innocentium Provincialiū incendijs absumere, cum solā Principum suorum æmulatione miseri ac infelices sint.

NEquē tamen hac *CLIVII Ducis Christianā* modestiā stragēque subditis illius jllatā, Geldrorum fractus furor positusq; est; sed ipse *CAROLVS EGMONDANVS Anboltinae arcis* fictā obsidione, nemine sentiente *HETTERIAM* ingressus, eāque ferro, flāmis rapinis pro militum libidine vastatā, *Hussenam* deflectens arctā eam obsidione cinxit. *CLIVIVS* à milite imparatus, confestim *Embricensibus, Sevenariensibus* aliisque *Vicinis* imperat ut vrbi, & civibus se forti constantique animo defendentibus commatu militari suppetias ferant; quibus imperata facientibus, in *Vrbis* hostiūmque conspectu castra ponunt. His *CAROLVS* duobus continuo diebus, acie dispositā pugnam obtulit; quam illi detractarunt, donec *Ductore VRANO* auxiliares copias ex *Wesaliensibus, Calcarijs, Reffensibus, Rusticis*que selectis contractas secundo *Rheno* delapsas advenisse, insidiāsque struxisse ab exploratoribus didicissent. Postri-

die dubiâ adhuc luce explicatis vexillis, pulsatis consueto sono tympanis, pleno armorum apparatu, CAROLI munimēta aggrediuntur. Quos dū hostis fortissimè à fronte depellit, a BURRANO ex insidijs proficiente improvise à tergo premittitur, CAROLVS veterani hoc astu Militis circumventus, & die ipsâ tot visis copijs errorem pariter periculūque illi aperiente, animi incertus fluctuare incipit, pugnētne, an fugam arripiat. iāmque suspenso gressu retrocedebat, sed fugæ ignominiâ retractus, suos manu non minùs, quàm oratione firmans, alter alterum hortati ut macti virtute essent; *Clivjs* novis animis ita acriter resistunt, ut duabus ipsis horis victoria fluctuaret, donec RABODVS à *Duren* selecto & ab Armis optimè exercitato rustico commodè accitus hostilem CAROLIACIEM non longè distitam conficeret; alteramque ipsius turmam aggressus simili fortuna deleret, Carolo ipso vnâ cum castris, tormentis, impedimentis thesaurōque ingenti capto. Mauri tamen alicuius astu elapsus CAROLVS *Dotacomiam* evasit. Eâ die noctēque Victor miles castris diripiendis, spolijsque dividendis occupatus, postridie mandato Ducis IOANNIS pro illustri Victoria

etoria

etoria reportatâ, DEO *exercituum* gratias agit, triduoq; faucijs curatis, corpora recreat: quâ Ducis benevolentia recreatus animatusque miles. Præsidarijs Hussiensibus ductoribus noctem frequenti face expugnat, arcem *Keppeliam* ad *Jsselam*, seu *Drusi Fossam*, naturâ artèque munitam, occupant. Cui dum *Zutphanienses*, Tribuno *FRI- DERICO à Vorst*, 1200 armatis totidemque equitibus, æneis tormentis unâ asportatis suppetias ferre moliantur, Tribuno capto, reliquisque cæsis, aut in fugam versis, ingentibus iteratò spolijs faustè ditati, cum captivis *Embricam* ingressi sunt. Simili etiam fortunâ *Geldriensium Ductori* maioribus copijs instructo, in *Limarsia* Hussenses præsidarij obviam facti, pugnandi copiam faciunt, fugant, mactant, & armis bonisque exuunt. Ita *CLIVIVS DEI* beneficio, armis, causâ, hostibus semper superior, vrbes plurimas expugnauit, arces cepit, prælijs hostes fregit: quæ qui enucleatiùs desiderat, *Cluix Annales*, *Heimericum*, aliosque consulat. Hoc singulare in cum *Prouidentia DEI* argumentum esto; tot inter bellorum æstus, incommoda & armorum strepitus *Felix nihilominus atque auspiciatum Coniugium Filij*

Filij sui IOANNIS cum *Maria unicâ & Filiâ & Herede* WILHELMI IULIÆ MONTIVM Ducis Comitisque RAVENSPVRGICI à benefica DEI manu obtinuisse, A. C. 1510. consummatum. Quod ingens DEI beneficium ut grato animo agnosceret, varia Ecclesiasticis, pauperibus, privilegia hoc, & sequentibus annis concessit: quorum nonnulla subijcio.

A. C. 1483. jacta Templi *Aldegundini* EMERICÆ fundamenta, & privilegijs confirmavit, Parochiam *Cliviensem* Collegiatæ Ecclesiæ, & sacellum *Nutterden* Parochiæ *Dusburgensi* incorporavit. Fundationem Hospitalis *Wattenscheidij* gratam ratamque habuit.

Nobilissimæ ac celebri *Abbatie Veteris Campi*, liberum in telonijs suis, transitum concessit.

Idem beneficium Patribus *Carthusianis*, *Grauianis* & *Monchusio* iuxta *Arnheimium* liberalissimè præstitit.

Patres Predicatores Calcarie, & in *Marienbeidt* prope *Gommersbachium* in Præfectura *Neostadiensi* Comitatus *MARCHIACI* confirmavit, multisque bonis & privilegijs ditavit.

In protectionem etiam eisdem *Predicatores* cum *Monasterio Lippiensi* & *Ecclesiasticis Tremo-*
iensibus

nienſibus accepit. Anno 1517. *Gochiam Zonsbecam, Grietham, Eltenam, Cranneburgum, Huſſenam* in Ducatu CLIVIO. In Comitatu MARCANO, anno eodem etiam *Bochumum*. Anno verò 1520. *Brechenfeldt & Schelimum* conflagratis, potiſſimum ſuis impendijs paternòque ac pio favore reſtaurari curavit. Quibus alijsque Eccleſiæ DEI præſtitis beneficijs, & exantlatis pro eâdem laboribus, INNOCENTIUS VIII. Pontifex Romanus, pio huic DUCI *Rofam auream* more recepto *Dominicâ Letare conſecratam*, & in arce *Duſeldorpiânâ* hodiedum *aſſervatam*, Româ tranſmiſit, quod donum gratiſſimum habuit, ac non niſi omnium Provinciarum ſuarum Nobilitate præſente, à *Gerhardo* ab *Oſſenbrock* admifiſit.

Plurima, & ampliſſima privilegia *Equeſtris Ordinis* Viris, Urbibus, oppidis, Communitatibus, Pagis, ab ipſo paterno affectu conceſſa cum mei non ſit inſtituti, referre, qui ea penitiùs ſcire avet, *Heimericij Sophiologicos* ſex libros, *Annalèſque* evolvat. Vnum tamen non prætereo, ipſum A. C. 1480. *CALCARIÆ*, excellens illud *Hebdomadarium forum* inſtituiſſe; & *Seueneriæ* A. 1487. jus civitatis dediſſe. His,

H

alijsque

alijsque in laboribus ut verus Patriæ Pater, dum post 40. annorum imperium, ab æstu negotiorum, tumultûque regiminis discessionem aliquot mensium fecerat vitam solitariam acturus ut, qui alijs potissimum vixerat, sibi ad extremum etiam viveret, à DEO (in cuius manu sunt ævi nostri momenta) è vivis vocatur A. C. 1521. 15. Martij, ab eximia pietate insitâque mäsuetudine *misericordis nomen adeptus*; quem vxor MECHTILDIS HASSA A. C. 1505. præcesserat 10. Feb: Ambo Clivis in Collegiatâ Ecclesiâ tumulati. De IOANNE sic cecinit *Streitagerus.*

*Quod tibi Pontificis summo pro Munere
summi*

*Fulva Quirinali venit ab Arce Rosa:
Et quod Geldrensem vicisti fortiter Hostem,
Virtutis pariter sunt monumenta tua.*

IN Veteri Monte, translatio B. EBERHARDI, qui ex illustri MONTIVM, & ALTENANORVM Comitum stirpe prognatus, rerum externarum, & sui contemptor fuit egregius; solum ex animo Deum quærens, honores amplissimos, fortunâsque dimisit; & Veteris Montis asceterio
ære

(ære suo fundato) eidem seipsum inclusit, pluris humilem Cistertiensem, quàm altissimam suam familiam æstimans, CHRISTI *familie* perpetuo idcirco Iure adnumerandus. *Ex Appar. Gelen. & Annalibus.*

XX.

Serenissimus WOLFGANGVS WILHELMVS
 Sex Parentibus PHILIPPO LUDOVICO
 COMITE PALATINO, & ANNA CLIVIÆ ac IULIÆ
 Ducissâ A. post Deum Hominē M. D. LXXVIII
 natus, primam ætatem Lutheranismō, & ado-
 lescentiam literarum meditationi, equitandi, ve-
 nandi, armâque tractandi studijs consecravit:
 reliquum eius vitæ tempus plenum laborum
 curarumque fuit, ut fatali *serenissimi sui Avunculi*
 IOANNIS WILHELMI IULIÆ CLIVIÆQUE
 Ducis &c. casu, inter varias ipsius cōpetentes *Pro-*
vincias, earum ius sibi assereret; quarū & simul-
 tanē gubernationē obtinuit, donec de *Romana*
Apostolicâ Religione suspectus, eâdem A catholici
 illum exuere conati sunt. Quorum artes cum ipse
 virtute, scientiâ, fortitudine, felicitate militari
 arcis Iuliacensis expugnatione frequenter lu-
 deret, potenti Germaniæ Principum, ad Pro-
 vincia-

vinciarum clades damnâque evitanda intercessi-
 one; *Provisionali ipsi* divisione Iuliæ, Montes,
 annexæque aliquot Provinciæ cessere. Inde
Heroicis serenissime MAGDALENÆ BAVARIÆ
 PRINCIPIS *virtutibus* (DEO fortunante, orbéque
 Catholico applaudente) captus *eandem Spon-*
sam thalamique consortem elegit; cuius eruditâ
 pietate, ardentique virtutum exemplo, & Mi-
 nistrorum in enodandis fidei quæstionibus im-
 potentiâ ita motus est, ut fidei Catholicæ
 publicam Professionem moliretur, plurimis li-
 cet obstantibus, qui Publicâ ab invidia tutum
 servatûmque cupiebant, monentes *ore Catholi-*
cismum prosciberet, *animo coleret*; quibus ille
Spiritu planè Principali respondit, *Catholicismum,*
vobis & mundo coram si negem, celo coram
 CHRISTVS *me negaturus est.* Ac proinde *San-*
ctissimo TRIADOS Festo DUSSELDORPII *in ma-*
xima æde, anno ab orbe restaurato M. DC. XIV
 inter continentem Catholicorum occursum,
 Provinciarûmque publicam congratulationem,
 ex Concilij Tridentini præscripto, Romanæ
 Apostolicæ, Catholicæ fidei Professionem e-
 didit, inviso â nato Lutheranismô Exemplo,

quo

quo iam ex omnibus Germaniæ splendidissimis familijs aliquot, ad similes Heroicos ausus allectos læti videmus. Virtus verò eius hîc non stetit; sed (ut erat excellenti charitate) agnitam veritatem alijs, ac suis vel maximè communem optabat. quo fine reverendis Patribus Capuccinis, Recollectis, Monialibus S. Teresæ, Virginisque Añuntiatae & alijs Religiosis Monasteria, Tempa, Coenobiâq; varia erexit; & vt quàm sibi curæ luventus esset probè instituta, ostenderet, quatuor Societatis IESV in ditionibus suis Collegia, & totidem domicilia munificentissimè instituit, ac omnino (S. Henrici Imperatoris exemplo) triginta plurâve templa restauravit. *Divorum in ijs ossa, & corpora*, magnis laboribus, & impensis quæsitâ collocavit; ad eos scilicet instruendos, qui impium Sanctis bellum inducunt, horum cineres & manes eruunt, & igni, vel undis damnant; sacram supellectilem, vestem, vasa, omnemque templorum ornatum tam copiosum instruxit, ut neque ianuxæ tutelam gerentes voluerit profano cultu munus suum obire. Voti causâ, sæpius Divorum Religiosa vestigia summâ ubique cum veneratione exosculatus est; Processionibus ab alijs,

H;

vel

vel à se, tum pro communi necessitate, tum pro *unici dilectissimæque Filij* incolumitate institutis, rigido etiam cælo, semper interesse solitus. Sodalitatibus & Congregationibus nomen dabat; neque supremum eius Magistratum, in tanto licet fastigio constitutus, gerere abhorrebat. Quotannis in *Domini sacra COENA* pedes duodecim viris abluit; quos & veste, & pecuniâ, alijsque donis ornavit, Mensæ dapes intulit, & animos quoque huiuscemodi convivarum refecturus, verbis accomodatis ad pietatem inflammavit. Plenam ære, quoties foras prodivit, manum circumtulit, cum vacuâ nulum à se passus inopem abire, ut proinde *pauperum ipsum greges*, Sancti STEPHANI instar hinc inde vallarent, ipsamque etiam crumenam spe lucri raperent; quorum ille importunitate ac pedore minimè motus, omnes suavissimè dimittebat. Et cum sæpissimè aulicâ sub veste splendidam paupertatem (non nisi munificâ regentium manu) levandam non ignoraret, eos non semel ad gratiam à se petendam urgebat; diem cum Tito Flavio Vespasiano perdidisse ratus, quâ non singulari ali-

quem

quem beneficio affecisset; sciens illud Apostoli: beatius esse dare, quàm accipere. Otijs erat fugientissimus, ut omnium iudicio, plus pro pupillis, subditis, Patriâ scribendo, causas examinando, cancellariam ipsam frequentando laborârit, quàm ij ipsi, quorum id muneris, officijque esset. Hominum Sacratorum aspectu, præcipuè delectabatur; itaque suæ altitudinis fastigium, Christianâ modestiâ temperabat, ut summos, medios, infimos, aut vilissimæ fortis homunciones à colloquijs minimè arcendos existimaret, sed omnes, maximè subditos, paternè complexus, donis, verbisque lenissimis fovebat. Accedebat in quotidiana victûs ratione temperantia; oderat ebriosorum clamores & intemperiem, ipse inter lautas etiam (quas rarò instaurabat) cœnas ter bibere, rarò sæpius consueverat, molestè ferens si quis alterum ad pocula, ebrietatem, haustûsque æquales provocaret. Iniuriarum adeò erat immemor & obliviosus, ut, quod adulando Cicero de Iulio Cæsare, Nihil oblitisci soles, nisi iniurias, hoc de ipso genuinè affirmaretur. Rem Divinam, quot diebus seriùs quidem subinde, sed tamen seriò piêque gravissimis licet tot

tot Provinciarum curis pressus, audiebat, ac frequentissimè per annum, præmissâ Exomologesi, PANE SACRO animam reficiebat. neque stas trium horarum preces, horas quoque diurnas seu nocturnas, nisi morbis impeditus, neglexit. Tristia æquè, ac læta animo sustinebat imperterrito. neque in adversitatibus à conversione ad fidem orthodoxam frequentissimis, aliud ei symbolum erat, quàm vulgare illud: *In Deo mea consolatio* Quibus Sanctis in operibus dierum meritorumque plenus, repentè deficiens, curis secularibus omnino abire iussis, arbitro conscientie advocato accuratè noxas deposuit, ac mox *supremis* maximâ pietate, SACRAMENTIS munitus, licet paulatim respirare visus, die tamen in-eunte, ad quintam matutinam, exquisitis cum CHRISTO & Virgine, eius MATRE colloquijs, suavissima eorum nomina ingeminando, piè animam Cælo dedit. Dux multis nominibus felix; quod semper primi illius, quem initio conversionis altè sibi fervorem impresserat, ad ultimum vitæ punctum constantissimè retinuerit. *Quod* NEOBURGICVM PALATINATVM, ab impotenti Lutheranorum Dominio, in *Catholicam*

*tholicam libertatem asseruerit, quod IULIAM, in
 utramque Religionis partem claudicantem, ere-
 xerit, velut alter labentis Patriæ Atlas, reli-
 quâsque Provincias in Orthodoxa fide conser-
 vârit, quod subditos, bello ardente, magnâ ex
 parte servârit, & HEREDEM, post se, & quin-
 que deiti NEPOTES, FAMILIÆ firmamenta con-
 tra spem in spem reliquerit; sanctissimôque
 demum fine quieverit. CORPVS eius (CORDE
 eiusdem ad dilectissimæ sibi CONIVGIS LIPSANA,
 ut vivens statuerat, NEOBURGVM transmis-
 so) Sarcophago inclusum piâ Serenissimi FILII
 PRINCIPIS curâ maximâ cæremoniâ funerali-
 que Pompâ, Templo Societ: IESV ab ipso erecto
 (vt testamento mandârat) illatum est, vbi
 & hac cum Epigraphe quiescit:*

SIste! VVollfgangI VVILhelMI

hæC PrInCiplS aVLæ est:

HeI! patrls hIC patrlæ sVaVIter

ossa CV bent.

XXI.

COLONIÆ Agrippine ad gradus B. MARIÆ
 Virginis Elevatio B. RICHEZÆ, quam stirpe
 PALATINAM, POLONIÆ Reginam matrimonia
 I *omnium*

omniū totius EVROPÆ illustrissimarum Familiarū Pat-
rentem jure dixeris. Hæc ab in eunte ætate il-
lustria dedit. Virtutum exempla adversus Cali Re-
ginam, & egenos religione & affectu tenera;
corpus suum inediâ, frigore, cilicio, jeunijs,
cingulo ferreo castigare solita, plurima paupe-
ribus erogavit, & cænobia non pauca, templa
& ptochotrophia turbæ capatia, per Treviros,
Vbios, Julios, erexit: virtutis consummatissimæ
Heroina, quam brevi (at vero vivôque pen- icil-
lo Vindicix Gelenianæ sic adumbrant. Beata
RICHEZA quam alij Ritzam, Richeram & Ric-
hardam nominant) Patrem habuit ACTIVM
Ariovistum vulgo EZZONEM ERENFRIDVM
Comitem Palatinum Rheni & Nemoris Monasterij
Bravvilerensis Fuudatorem; Matrem B. MATHIL-
DEM OTTONIS Tertij Sororem, secundi Filiam, Pri-
mi Neptem. Quorum optimis, & genere suo dignis
instituta moribus ad POLONIÆ Coronam mag-
nâmq; Sanctitatem ambulavit, plurimum v-
tens familiariter sacris Antistitibus PELEGRINO
potissimum HERMANNO Fratre suo S. ANNONE
Archiepiscopis Coloniensibus & B. Leone summo
Pontifice. Cùmque (ut ex archivis liquet) sacris
largitionibus Varia ditasset monasteria, ac
complura

comptura excitasset templa anno Dominicæ
 Incarnationis millesimo sexagesimo tertio, die
 21. Martij in *Salefeldt* Saxonix Oppido sanctè ob-
 dormivit in Domino, ipsius Reliquias ANNO Ar-
 chiepiscopus Coloniensis (testamentarijstabulis in-
 cassum obstantibus) COLONIAM ad Gradus
 MARIÆ Basilicam transtulit, quas cum anno
 millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, 12.
 Aprilis S. huius *Encomiastes* D. ÆGIDIUS Gele-
 nius legitimis adhibitis testibus: *superiorum licen-
 tiâ Tumulo aperto* inspexisset, deprehendit OSSA
 sine ordine dispersa ac gossipio involuta, stra-
 gulo Serico tecta: *tumba* verò ipsa lignea, mar-
 moreo inclusa Mausoleo, bysso, erat vestita:
 CAPUT reticulo aureo astrictum incumbibat
 pulvinari pretioso diademate ornatum sex fibulis
 annexo, in quibus arte *Phrygia Maiorum* eius
Octodecim Insignia repræsentabantur. sub ipso ve-
 rò pulvinari, lamina plumbea reperta cui hoc
 incisum Epitaphium.

Anno Dominicæ.

INCarnationis millesimo LVII. secundo Idus:
 I Aprilis RICHEZA Regina ab ANNONE se-
 cunda Sedis huius venerabili Archiepiscopo, atque

I 2.

præsentis.

præsentis *Ecclesie Fundatore*, cum ingenti totius *Cleri & Populi* frequentia honorificè sepulta est; & per ipsum inducta Pontificem duobus ornatissimis prædijs sibi precario oblati Nono Kalendas Aprilis obiit.

Coniugalis castimonix speculum & 64. Sanctorum Nepotum ex Filio CASIMIRO Rege Polonia, jmmo totius EUROPE nobilissimarum Familiarum MATER, Divorum Nomina vno obtutu Index Illustres familias Genealogicum schema docebit, quod Anno Christi M. D. C. II. Extemporalium Centuria carminum genere & genio Perillustri Dominus FERDINANDUS à FURSTENBERG Cathedralium Ecclesiarum Hildesheimensis & Padibornensis Canonicus nunc suavissimâ Numinis providentiâ 45. omnium voto applausuque Episcopus & Princeps Padibornensis felici venâ illustravit, quem Cali & B. Richezæ Favor Patriæ & bono Imperij, multos in annos sospitem servare dignetur.

INDEX

ALPHABETICVS

Sexaginta tres Sanguinis Divos B. RI-
CHEZÆ Palatinæ Rheni ac Poloniae Regi-
næ, seorsim exhibens, quos & Lector
Ordine suo in Schemate Genea-
logico positos reperiet.

- S**anctus Adelbertus Comes Vitodurandus.
 Sancta Adelheidis Imperatrix.
 Beatus Adolphus Schavvenburgicus.
 Sancta Agnes Imperatrix.
 Beatus Alphonfus I. Rex Lusitaniæ.
 Beatus Ansegilus Maior domus Franciæ.
 Beatus Amadæus Sabaudus.
 Beatus Arnoldus Mart. Comes Hollandiæ.
 Sanctus Arnolphus Dux & episcopus Metensis.
 Sancta Beatrix Arestina Regina Hungariæ.
 Beata Begga Ducissa.
 Beatus Bernardus Comes Lippenfis Episcopus.
 Beata Bertha Cliveasis.
 Sanctus Canutus Rex Obotritorum, & Dux Sclesvæ.
 Sanctus Canutus Rex Daniæ.
 Sanctus Carolus Magnus Imperator.
 Beatus Casimirus Poloniae Rex.
 Beata Christina Regina Sueciæ.
 Sanctus Clodulphus.
 Sancta Clotildis Regina Francorum.
 Beatus David Anglus.
 Beata Doda Ducissa.
 Sanctus Eadmundus Rex Angliæ.
 Sancta Elisabeth Regina Hungariæ.
 Beata Editha Imperatrix.

Sancta Elifabeth Regina Lusitaniae,
 Sanctus Ericus Rex Sueciae,
 Beatus Everhardus Clivenfis
 Sanctus Everhardus Comes Cifoniensis.
 Beatus Ezzo siue Erenfridus Comes Palatinus.
 Beata Gerberga Geldriae Dynasta Vxor.
 Sanctus Guilielmus Aquitaniae Dux,
 Sanctus Guilielmus Comes montis Pessulani,
 Sancta Hildegardis Regina Francorum,
 Sancta Hedviges Ducissa,
 Beatus Humbertus Sabaudiae Comes,
 Sancta Hildegradis Regina Francorum,
 Sanctus Haraldus Rex Norvegiae.
 Beata Ida siue Iduberga Ducissa,
 Beata Ida Sueviae Ducissa,
 Sancta Itha Lotharingica Com: Bolon.
 Sancta Iordana Imperatrix Byzantina.
 Sanctus Leopoldus Marchio Austriae.
 Beatus Lotharius I Caesar.
 Sancta Ludimilla Ducissa Bohemiae,
 Sanctus Ludovicus Galliae Rex.
 Beatus Ludovicus Landtgravius Thuringiae.
 Sanctus Luthardus Comes Cliviae.
 Sancta Margarita Regina Scotiae.
 Beata Margarita Palatina.
 Sancta Mechtildis Imperatrix.
 Beata Mechtildis Othonis II. Filia Vxor Ezzonis.
 Sanctus Megengosus Gelriae Praefectus.
 Sanctus Olaus Norvuegiae Rex.
 Beatus Pelagius Rex Austuriae & legionis;
 Beatus Pipinus Dux & Maior Domus,
 Sancta Ragnildis Sueciae Regina.
 Beatus Rudolphus Rex Burgundiae
 Beatus Theodoricus Lotharingus.
 Beata Theophania Imperatrix.
 Beata Teresa Lusitana.
 Beatus Theobaldus Comes Companiae
 Beatus Witikindus Rex Saxonum,

SCHEMA

SCHEMA GENEALOGICVM Exhibens per seriem propagationis
Cæsares, Reges, & Proceres Evropæ, Progredientes ex Sangu-
ine B: Richezæ Reginae Poloniæ Comitiss Palatinæ Rheni,

1 Hermannus Comes Palat: Rheni & nemoris. Vxor Hedvvigis Co-
mes Palat: AVI. Otto II Imperator. Vxor. B. Theophania Imperatrix

— P A R E N T E S. —

2 B: Ezzo Comes Palatinus Rheni & nemoris.
Vxor.

B: Mathildis Comes Palatina.

3. B: RICHEZA Regina Poloniæ
Vxor.

Miceslai Regis Poloniæ

4. Casimirus Rex Poloniæ Vxor. Maria seu Dobrognewa
Filia Woldomiri Regis Russorum soror Ioroslai Princ:

5. Vladislaus I, Rex Poloniæ Vxor. Iudith Filia Vratisalivi
Bohemi-

6. Boleslaus Crivvoustus Princeps Poloniæ Adelheidis Filia Hen-
Vxor. rici IV Imperatoris.

7. Casimirus Dux Massoviæ Vxor. Helena Belfensium Princeps.

8. Conradus Dux Massoviæ Vxor. Altera, Agatha Filia Belæ
4. Regis Hungariæ

9. Zimovitus Dux Massoviæ Vxor. Gertrudis Filia Henrici
maioris Poloniæ Principis

10. Boleslaus Dux Plocensis Vxor. Præzislava Lithuana
Filia Trademi Ducis.

11. Zimovitus Massoviæ Dux

12. Zimovitus Massovius Vxor. N. Filia Nicolai Ducis
Opauien,

13. Zimovitus Dux Plocensis in Massovia Alexandra Lithuana
Vxor. Soror Iagellonis Regis.

14. Zimburgis Dux Massovijæ Vxor. Ernesti Ferrei Archiducis
Austriæ, 18. Ca-

15. Catharina Vxor Caroli Baden^{se} Marchionis.

Fridericus III.

16. Christophorus Badensis Marchio Vxor.

Maximilianus I. Imperator

Philippus Primus Hispaniaru

Otilia Comitissa Cattimeliboci

Ifabella

Ferdi-

17. Bernardus Marchio Badensis.

Ernestus Marchio Badensis.

Philippus Marchio Badensis,

Eleon: Vx. Carolus Guil: Mar. striz V. Gonzaga Bauara.

Christophor^{us} Marchio Badensis.

Anna Vxor Comitiss Zollerani.

Vxor Elisabetha Palatina.

Christiana Vxor Ducis Lotharingie.

Vincencius Mantuanus.

Constantia Vxor Regis Poloniae Sigismundi. Magdalena Vxor Magai Ducis Herculie.

18

Eduardus Marchio Badensis.

Carolus Comes Zolleranus

Maria Iacobe Vxor Guilelmi Ducis Bauariae Ducis Ieranus.

Carolus Dux Lotharingie.

19

Wilhelmus Marchio Badensis.

Ioannes Georgius Zolleranus. Itellius Fridericus Cardinalis. Ioannes Zolleranus. Maria Cleophe nupta Archdiano Duci. Maria Iacobe Vxor Henrici Truchsessij.

M

20

Im-

Imperator Rom.: Vx: Leo: Filia Ferdinandi Cathol: Regis Hispa:
Vxor. Maria Burgundiæ & Belgij heres.

Rex Burg: & Braban: Dux. Vx: Ioann: Filia Eman: Regis Portu:
nandus Primus Imperator, Carolus Quintus Imperator.

Archidux Au- Anna Archidux Margarita Vx: Philippus II. Rex
xor Maria. Vxor. Alberti. Petri Luisij Hispaniarum.

Ferdinandus II. Cesar.
Vxor. Maria Anna,
Bavariæ Duissa.

Vtriusque Ba-
uariae Ducis
cuius Parentes
Guilielmus se-
nior Dux Ba-
uariae & Maria
Iacobe Filia
Philippi Mar-
chionis Baden-
sis.

Ducis Par-
mensis.
Alexander II. Dux Par-
mensis Vxor Maria, Filia,
Eduardi Portugalliae Regis.

Philippus III. Rex Hispaniarum.
Catharina Vxor. Emmanuelis
Ducis Sabaudiae.

Ferdinandus Dux Bauariae,
Vxor Maria Comes de Wartenberg.
Guilielmus Dux Bauariae
Vxor. Renata Lotharin-
gica Filia Francisci
Ducis.

K

Philippus

Ferdinandus Elector
Colon, }
Albertus Dux Bauariae } Henricus Max. Elect.
Colon. }
Maximilianus Elector }
Bauariae } Ferd. Maria Elect.
Bauariae }
Domus Bauaria Electoralis.

F
Magdalena Vx. Wolff
Gangi Wilhelmi Pal.
Neoburgi. }
Philippus Wilhel.
Palat. Neoburgi: Vx:
1a. Anna Catharina
Constantia Princeps
Poloniae sine prole
2a. Elisabeth: Amel.
Landgr. Hassiae,
Eleonora Magd: Theresia
Ioannes Wilh: Ioseph Ignat:
Wolff: Georg: Frid: Franciscus
Ludouicus Antonius.
Carolus Philippus.
Alexander Sigismundus.

Domus Bauaria Palatina

F
Ferdinandus III. Caesar,
Leopoldus Wilhelmus. }
Ferdinandus IV.
Rex Rom.
Leopoldus I. Caesar }
Ladislaus & Casimir: }
Reges Poloniae }
Carolus & Anna Cath. }
Constantia. }
Augusta Domus Austriae,
Regia Polonica Progenies.

H
Ferdinandus & Matthias Duces Hetruriae }
Magni Ducis Hetruriae }

A
Philippus IV. Rex
Hispaniarum.

}

} Reges, Hispaniarum

Anna Maria Vxor
Ludouici XIII.
Regis Gallia.
Victor Amadaus. Phil.
Thomas.

} Ludouicus XIV
Rex Francie,

} Reges Francie

Gartharina Vx: Caroli
Ninerfij.

} Franciscus &
Ludouicus
Mantuan.

} Marchiones Mantuae

Isabella Vx: Alphonsi
Ducis Mutinae.

} Franciscus Dux
Mutinae

} Principes Mutinae

C
Renucius Dux
Odoardus Cardinalis

} Principes Parmenses

Ferdinandus Comes a
Wartenberg.
Franc: Wilhel: S R E.
Cardinalis Episc. Orl.
nab. Ratisp Mind &
Verdenfis
Maximilia: Soc: IESV.
Ferdinandus Lauren-
tius.

} Comites in Wartenberg
& Domini in Wald,

Ernestus Benno Com:
de Wartenberg

} Ioannes Ferd
& Albertus
Ernestus Com:
de Warten-
berg.

I Margareta;

Nicolea
Claudia

Henricus.

Domus Lotharingica

K

Franciscus;

Carolus
Franciscus
Nicolaus

Itelius
Fridericus

Principes Zollerani,

L

Anna Vxor
Egonis à
Furstenberg
& Heiligen-
berg.

Elisabetha
Vx: Ferdin.
Com: de
Reckun,

Franc: Gobertus Com: de Reckun.
Ferdinandus Fridericus Ego.
Ludouicus Ego.
Franciscus Ego Episc. Argent:
Wilhel: Ego Episc. Metensis.
Ernestus Ego.
Maria Francisca Serenissimi
Wolffg: Wilh: Com: Pal: Vidua.
Anna Maria Vx. D: Com: in Levenstein

Com: Furstenbergici.

M

N. Vxor Ioannis Franc:
Comitis de Trautson

Comites de Trautson.

N

Carolus Eugenius Dux
Arschottanus

Duces Arenbergici & Arschottani.

O

Ioannes Episcopus Con-
stantiensis & Fratres eius
Ferdinandus & Maximi-
lianus Marchion: Badenses

Comites Truchsesij.
(densum:
Domus Marchionum Ba-
Si apud

Si apud Hypercriticos & oculatissimos (ut se credunt) Argos hæc typis exscripta Genealogia alicui minus probabitur, id ob Auctorum ipsorum Genealogicorum discrepantes opiniones profluere sibi persuadeat uelim; accedit antiquorum incuria temporum, & bellorum iniuria, quâ multa maiorum documenta perire, ex quibus candida veritas erui potuisset. Atque hæc eo à me allata sunt, ut siquid erratum sit, id Antiquitati, vel mihi condonetur. Dedi ego (studio omnique affectu seposito) quod uero similius esse duxi, & quod diu ante me censuere: *Aubertus Miræus Cathedralis Antuerpiæ, Dominus Christophorus Bœrgens S. Saluatoris Prælati, R P Ioannes Gans Soc: IESV Theologus, Ioannes Iacobus Chifletius eques & Archiater Regius, plurisque non infimi nominis Genealogici scriptores.* Ingenuè tamen profiteor nonnullas potuisse esse stirpes breuiiores; sed quo pluribus proceribus ad suæ gentis taleolas & surculos inferendum commodaretur, rumpos sæpe connectendo per variantes familiarum traduces esse circumductos; neque tamen mens fuit tenebrarum aliquid, aut noctis illo genere Commentationis, Genealogijs affundere, sed in re aliàs implexâ ac dubiâ eruditæ aliorum correctioni libens stare quod molestum non accidet, si ueri amore pro ingenio quisque suo addat vel demat, facemque tantis in tenebris orbi accendat; mihi sufficiet ostendisse modernos Europæ Proceres, generis sui nativam vim ab ipsa Richeza & alijs *Sexaginta quatuor Diuis Maioribus* hausisse. Utinam *Celites isti Seris Nepotibus,* & mihi, qui ipsi laboro, faueant.

XXVI.

Werthinæ in *Insula Rura Transrhenani flurij SS. Ludgeri Monasteriensi & Hildegemi Halberstadiensis Episcoporum Fratrum Germanorum,* qui *Saxonia, Westphalia, Bergia, Frisia* Idololatriâ fugatâ *Christianam lucem* intulere uterque fecundis pro religione sudoribus inclutus ita prospere laborauit, ut nobilissimarum istarum gentium *Christianorum primi Parentes,* & glorioso planè *Cognomento Saxonia Apostoli* audiant.

XXXI.

Claudat *Martium Martis olim cliens* uenabilis *LUDOUICVS* Illusterrimis ortus Natalibus *Comitum, de Ahrr seu Aquilinarum* in primis Pius ac metuens DEI, qui opulentam hereditatem contempsit, pauperum, & calamitosorum perfugium. *Eius spectata*

virtus morumque integritas, mirè Heisterbaci eluxit, quando frugalitate vitæ, verâ patientia, religiosâ asperitate, & per insignem sui mundique contemptum, ad virtutis Fastigium ita enisus est, ut totus virtus, totus demissio haberetur. O pulchram sanè & familiarem Sanctis artem, per humilia alta petere! Sic Comitem ipse in terris abiciens, in Cælo Regem induit. Ex M. SS. Heister.

APRILIS.

Die I.

Kalendis huius terras deseruit THEODORVS à Lurecke, naturæ gratiæque opibus planè insignis; qui Canonicatu Bonnenfi relicto, totâ mente Heisterbaci humilem Cisterciensium vitam regulamque amplexus est. Tentationibus pulsatus, age anime, aiebat; sanctè pugnemus vt dulcissimo IESV Cordi vel sic iucunditatem, quam possumus, pariamus; dignus est IESVS, pro quo aspera omnia perferamus. Rarâ cibi parsimoniâ ad decrepitam usque ætatem usus: Documento mortalibus relicto, frugalitate vitæque Religiosæ asperitate non minui annos, sed augeri. Iamque *Cæli delicijs sine fastidio satur sibi DEOQUE* porro victurus. *Ex eius loci Necrologio.*

II.

IN *Frauenkirchen* apud *Riparicos*, B. GENOVEVÆ Comitis *Palatine*, quæ ex voto DEIPARÆ emisso

emisso, filium enixa est, SIFRIDO marito in Syria contra Saracenos agente. Interea Galo, aulæ Princeps minister, qui incassum sæpius GENOVEVÆ pudicitiam expugnare laborabat, scelus scelere tegens, apud SIFRIDVM *Palatinum* è bello regressum, GENOVEVAM in suspicionem adduxit prolis ex alieno thalamo susceptæ, ipsam *castimoniam ac virtutem, velut ream facturus.* In qua delatione obcæcatus *Sifridus, & Matrem & Prolem* e medio tolli imperat. sed mitiores Domino famuli, densissimæ silvæ latebris utrumque occultârunt. Vbi quinquennio extremâ in opiâ herbis & cervæ obsequiosæ lacte vitam trahentes, à venante SIFRIDO non sine DEI nutu reperti receptique sunt, insigni omnium applausu. Golone verò, dignâ morte sublato, GENOVEVÆ rogatu, *Palatinus Sifridus* elegans in medio Silvarum Sospitatrici VIRGINI sacellum erexit, quod Coniugalem Genovevæ castitatem hodiedum loquitur; sic nimirum *mortalium rerum vicissitudine, læta tristibus, tristia* rursum lætis temperantur. *Ex Freibero, Ericio Puteano & Molano de SS. Belgij.*

III.

Sacrarium Neoburgense festivo cultu proponit

CAPVT

CAPVT B. M. MARGARITÆ Virginis, quæ virtutis odorem longè, latèque spargens, ad nos sanctitatis suæ radios transmisit. Corpus duriter habebat; cubile terra, cilicium culcitra, deliciæ panis & fons; demum clarissimorum parentum heres quidquid ab ijs obtinuerat, hilari dein manu in pauperes effudit. quibus alijsque *virtutibus dives hæc MARGARITA*, cælo amata, terris erepta est. *Ex sacrarij monumentis.*

III.

IN *Arce Volmundstein* solemnis commemoratio *venerabilis Hostie EVCHARISTICÆ*, & multis retrò seculis *miraculose.* *Ex Ap. Gel. & Annal.*

IV

ENGELBERTVS ex MARCANORVM Comitum profapia anno à Christo nato 1345. tenuit *sedem LEGIAM PRINCEPS Illustrissimus*, prudentiæ laude maximus; morum non minùs maiestate, quàm humanitate venerandus; summus apud alios, apud se nullus; in primis pius ac metuens **DEI**. Quibus virtutibus *Pontifex* captus, allectaque *Colonia* communibus calculis

ac votis

ac votis *Archiepiscopalem* ei Mitram obtulêre, quâ admissâ statim *Politico Ecclesiasticôque* statui ita consulebat, vt omnibus esset Charus, Heroicas eius virtutes suspicerent vniuersi, cuius lemma erat: *summa Voluptas est voluptatibus caruisse.* quare eâ contemptâ dum ad cælestes voluptates (de Patria & Ecclesia optimè meritus) toto affectu anhelat, morbo nec diuturno, nec gravi, sed languore consumptus ad eas tanquam laborum præmia evolavit, anno ab orbe redempto M. CCC. XCV. Mortuum vrbs & patria vniuersa magnis exequijs honorauit & fleuit: & Coloniae more maiorum tumulatus, nos exemplo suo monens, *ut cum eo de infinito fine viuentes seriò cogitemus, ut infinite vivamus.* Chron: Colon. & Gloria R. P. Lobbetij.

V.

LUDOVICVS Comes à Ravensberg Episcopus Osnabrugensis 33. vir sapiens, raræ modestiæ ac mentis infractæ, quâ animatus frequenter in Ecclesiæ suæ hostes arma movit; & cum iisdem plurimis prælijs attritis, demum plenâ acie feliciter concurrens, omni Osnabrugensi ditione suâ expulit, plurimisque possessionibus Eccle-

L

fiam

fiam suam auxit. Tandem providentiâ Dei, (per
vias nobis ignotas ambulante ac procedente,)
â proprio & incauto seruo vulneratus, anno re-
giminis 12. maximo peccatorum dolore, sacris
omnibus munitus inter IESV & MARIÆ
salutifera nomina dulcissimè expiravit, in sua Ec-
clesia ante Aram Principem sepultus. Vir hero-
icâ, ac Apostolicâ planè fortitudine inclytus,
nec animi demissione minor, quàm eminens Ec-
clesiasticâ dignitate. *Chron. Osnab.*

VI

THEODORVS de *Goch* vir nobilis & pru-
dens, *Misnensium Cathedram* ascendit, eam-
que ordine Vigésimus Nonus tenuit; nec quid-
quam aliud, nisi *Patrem Patriæ* audijisse, & fuisse,
avara nobis de ipso consignavit antiquitas,
familiarè illi vitium. *Chron. Eccles. Misn.*

S. BALDERICVS *Stirpe & Domo CLIVIVS,*
Cleri, Nobilitâtis, Populique incredibili con-
sensu, *Vltraiectinæ Cathedra* impositus est,
Præsul in ordine *Decimus Quintus,* cuius glorio-
sa facinora & imitationem nobis sustulit invidi-
osa seu incuria antiquitas, quæ de ipso nisi mor-
tem A. Christi. 977. obitam & præter nomen,
nihil

nihil reliquit: Similemque negligentiam & errorem in eiusdem cognato BALDVINO CLIVENSI Comite designans, cuius solum ex orbe hoc discessum sub annum D. CCCXCVI memorat, adijciendo *Præsulem Vltraiectinum* in ordine XVII sedisse. *Bucel. Chronicon.*

IX

CASTROMONTII depositio illustrissimæ viduæ Comitissæ WALDETRVDIS, quæ sancti DENTILINI *Resse* in *Clivia* quiescentis, aliorumque trium *Sanctorum FILIORVM MATER* viduis omnibus Christianâ submissione, patientiâ, mansuetudine venerabilis extitit. Gloriosæ cæli Reginae supra quam satis explicari possit, addicta. Familiare illi fuit Beatissimam Virginem novies verbis Angelicis salutare, in honorem novem mensium, quibus Christus in *eius utero* habitavit. Eiusdem etiam Matris patrocinio vitam omnem ab omni lethali noxa immunem duxit. Mors illius plenissima fuit tenerrimæ pietatis, à Deo etiam miraculis honorata. *Ex Canis.*

X.

ANNO Comes de *Blanckenberg* virtute & eruditione nobilissimam suam gentem ornans

L 2

vir

vir Deo & hominibus dilectus, *Lipsanorum Sanctorum indefessus conquistor*, sextus & vigesimus Cathedralis Ecclesiæ *Mindensis Episcopus*, cum sanctissimè annis aliquot rexisset, placidissimè in Domino quievit, cuius familiare symbolum erat; *Passus malum ignosce, ne duo mali sitis. Ex Chron. P. Bucel.*

XI

Vetus & verum est proverbium *fugientem, non ambientem sequi famam*, gloriam & honorem: quod suo illustris *WILHELMVS Dynasta de Genep* exemplo abundè confirmat; quem *reluctantem V BIA ad sedem Archiepiscopalem raptum, LVIII. Antistitem creauit. sic*

Qui fugit, ille tenet; qui petit ille caret.
 Erat is Præful morib' & virtutib' eximi', in diuinis tractandis cultissimus, & animus illi ad magna erectus, quo concitatus commissum sibi gregem fidelissimè pascere satagebat; neque totius illius vitæ cursus alius fuit nisi unicus cum vigili hoste conflictus. Mensa illi Principalis, sed frugi, & non prodiga; Aula admodum honesta, sed cultu modesta; Recreationes eius frequentes, iucundæ & fructuosæ, non pretiosæ, quo

fiabat

fiabat ut tanquam servus fidelis & prudens, super Domini familiam constitutus neque sibi, neque alijs gravis neruo colligendo fieret. Hinc sancta sine fundo liberalitas, nosocomia, templa, egenos, fidei Prædicatores, religiosâsque Familias erexit, quorum beneficiorum nulla aut immemor, aut ingrata erit posteritas, Historia loquetur, & quod unicum illi votum erat, Numen æterno præmio pensabit. *Buc. Ex Chron.*

XII.

WALRANVS Comes à MOERS, Sanguine rerum gestarum gloria bellôque pro Diœcesi suâ Monasteriensi suscepto, orbi notissimus: quod legitimâ Electione 43. Antistes contra ERICVM ab Osnaburgensi sede deiectum, electus alere, necessitas, non voluptas compulit; Hic enim cum nullo jure aut titulo colorato WALRAMVM legitimum Monasteriensem Episcopum manu armatâ è sacra S. LVDTGERI sede deicere tentaret, ita arte & Marte impetus eius fregit WALRAMVS, ut hominem iniquâ spe deiectum ad pacis condiciones sancendas compelleret, satius esse ratus ad Provincialium sanguinem vitandum, & clades Patriæ auertendas deteri-

orem bello pacem constituere, quàm ferro, flammisque innocentes perire: licet minimè deessent, qui pacem hanc eius ignaviæ adscribe-
rent, audacia, callidâque consilia suadentes, omnem belli vim ac potentiam in linguis sitam existimantes, quorum ille mores, & sermones *rarâ in Principibus virtute* rectâ conscientiam sustinens, suis reponebat: *hec vulgi trivialia* *Scommata à regentibus spernenda;* quod juxta tritum illud: *Deesse robur arguit dicacibus: populum plus loquentie, quàm sapientia circumferre; peioris & vilioris indolis arma censei, gloriosa loqui & fructuosa non agere: adversus innocentem: hoc posse detractores, calumniatores & emulos, quod adversus solem potest nebula:* quibus attonitis omnibus, sapienter prolati, pace subditorum commodo firmata, animum ad publica adjecit *Templa, Pagos, Municipia incendijs ferro, rapinis destructa, & eversa suis maximè impendijs reparando; Provincinalibus militum direptionibus exhaustis, profusâ manu succurrendo; Partiarios seu infessores viarum, mercatores gravi damno afficientes è medio tollendo, omniâque ita prudenter ordinando, ut pax (antea ei vitio data) virtuti laudique tribueretur, mira à Patria universa obsequio*

quo & affectu cultus. Iustitiæ quoque erat tenacissimus, viduarum & pupillorum Tutor eximius, tenuioris fortunæ & egentium indefessus Atlas ac Pater. Et quoniam bonorum laborum gloriosus est fructus, reddet in magnâ & decretoriâ illâ diē plenam ei mercedem DEVS; cuius honorem pia eius liberalitas potissimum spectavit Dolorum, quos acerrimos patiebatur. Conditamentum fuere cælestes deliciae, quibus perfundi se sentiebat, in illa Iobi crebro resolutus: *Hac mihi sit consolatio, ut affligens me, dolore non parcat. Quibus sæpius repetitis, Patribus suis Episcopis in prima Æde appositus Redemptorem, iudicemque propitium expectat. Bucel. in Germania sancta.*

XIII.

TUITII beatus transitus FVLBERTI Abbatis viri multarum virtutum, & artium qui à religionis ingressu, totâ mente Deo affixus cælestem in terris vitam duxit, cibo vescebatur sine oleo, sine sale, ne palato placeret. Inter orandum duo agebat, potissimum: *alterum*, ut quidquid ageret divinæ gloriæ in sacrificium daret; *alterum*, ut gratiam sibi fratribusque obtineret iuxta vocationem ritè vivendi. *Magnam quoque Dei Matrem*

Matrem ad extremū vsque halitū ita constanter prædicavit & coluit ut glorioso planè Cognomento Divæ Mariæ Doctor sit appellatus. Ex Annal. Tuit.

XIII.

EVERHARDVS MARCKANI *sanguinis Heros*, alternantibus huius mundi bonis & malis *eruditus*, mentis oculum in DEI omnia videntis ac vindicantis oculos pavidè circumferre solebat, sæpius familiaribus suis illud B. BERNARDI ingeminans: *qui pavet, caret: qui negligit, incidit.* Quo salutari timore ita mores, vitâmq; instituit, ut à Leone X. purpurâ merito suo donatus sit; insigni Animarum, Patriæque Leodiensis bono; quod etiamnum loquuntur erecta ab illo posteris monumenta, à quibus aurea prope Leodium secula vidit ac vixit. Demum à CLEMENTE VII. VALENTINVS Episcopus LEGATVSQVE à latere creatus est, cirâ annum Christianum MDXXI. quibus augustissimis titulis oneratus potiùs, quàm ornatus, soli Deo gloriam tribuens, Iesûque nomen ingeminans exspiravit, Patribus suis dignè appositus. *Chron. Leod. Eccles. P. Lobbet.*

XVI.

VRBS *Santensis*, situ Basilica, clero illustris, celebrat

celebrat in terris ignoti, *Calo tamen noti Martyris aduentum; cuius gloriosam inventionem regnante Archiepiscopo Coloniensi PHILIPPO Heinsbergio mirabilem narrant neque plura annales sic*

Sapius Ignoti virtus sine teste laborat.

Ex apparatu Geleniano.

XXII.

HOC die gloriosum agonem confecit *Glad-*
baci B. WOLPHELMVS nobilissimis copio-
sissimisque *Parentibus Tualto & Evexâ* natus,
qui splendorem natalium â bonis artibus, ma-
ximâ deinde â virtute usque adeò accendit, ut in-
ter *summe adis S. PETRI COLONIÆ Canonicos*
adlectus, eius *Ecclesia urbisque gaudium* haberetur
& esset. Qui publicum cultum fauoremque per-
tæsus, omnibus *CHRISTI amori* posthabitis, clam
TREVIROS profugiēs, apud *S. MAXIMINVM Monachū*
induit, tanto toti *Coloniæ* sensu, ut publicâ *Archi-*
præsulis HERMANNI auctoritate repetit *Cognato suo*
Henrico Abbat: S. Pantaleonis restituend⁹ fuerit,
qui dum solitudinis amantem, aulæque strepitu
ac visitationum frequentiam fatigari adverteret,
eundem Gladbacensi Abbatie ingenti eius loci emol-
lumento, præfecit. Vir fuit tantâ modestiæ suâ-

M

vitate.

vitate amabilis vt ea, quæ in illius mente, at-
 que carne inerat integerrima virginitas, in vul-
 tu etiam religiosè composito, & castigatis ad
 omnem puræ modestiæ normam oculis legere-
 tur. Gladbaco Maiorum Auctoritate Bravvile-
 rium translatus ad Clotense Dominium à B.
 RICHEZA isti Abbatix donatum, contra insi-
 diantes asserendum, ingentes illi cum fratribus
 molestiæ fuerunt deuorandæ. Quibus tandem
 DEI beneficio *sanctisque Familia precibus* ereptus,
 Berengarium Hæresiarcham, veritatem Eucha-
 ristix negantem prolixâ eruditâque Epistolâ
 ita iugulavit, ut spiritum ei animûmque omni-
 no eripuerit; multa sanè, (quidquid contra fre-
 merent turbarèntque hæretici, doctè, religiosè,
 fortiter Colonix, ac per Germaniam ita gessit
 ut *Beringariana heresis flagellum audiret*. Qui-
 bus sanctis in laboribus, pauperum & pupil-
 lorum unicum asylon, HENRICO eius nominis
secundo imperante Divinæ Gloriæ, ac boni Reli-
 gionis amantissimus animâ corpore leniter so-
 lutâ, migravit in cælum. Multa nobilitas ho-
 norandis eius iustis interfuit, & sacræ eius exu-
 viæ morbis plurimis saluti fuère. Lucem cæcæ
 Bravwelerianæ, claudo in Pulm gressum, Ge-
 rolshouianæ

rolshouianæ feminæ artritide laboranti sanitate, & naufragis in Rheno vitam tulêre. *Surius in vita eius.*

XXII.

ESSENDIÆ S. LVTRIDIS *Virginis*, B. PV-SINNÆ *Sororis* genuinæ sanè illi, & moribus & sanctitate ita Germanæ, ut qui alteram, utramque nôrit. Corpuseius olim omnibus venerationi fuit, quod non ignorarent maiores nostri se beneficentia illius pluviam è Cælo in siccantes agros elicere. *Ex tab. Patrie.*

XXIII.

RESSA CLIVIÆ *Vrbs* ad Patrum usque memoriam in suburbano suo campo celebre olim *egit Festum S. Georgij*; quem memorant horridum & immanem Draconem signo Crucis precibusque extinxisse. Sacellum elegans (reliquijs translatis) nomini eius dicatum, bellorum cælique iniurijs excisum penitus iacet. *Ex Ann. pat.*

XXX.

SHILDEGARDIS B. RICHEZÆ *Palatina* consanguinea, *Filia* erat GEROLDI *Comitis* &
M. 2. *Boice*

*Boica Prætoris, S. CAROLI MAGNI Coniux, ex quâ tergeminos stirpis virilis CAROLVM, PIPINVM, LVDVICVM: & totidem muliebris, RATRVDIM, BERTAM, GISLAM suscepit. Divinis rebus perpetuò & Eleemosynis cum primis, alijsque virtutibus ita addicta ut omnes ad sui amorem excitaret; suâ se humilitate ita involvebat etiam illo in splendore famæ & generis vt insigni sanctitatis nomine inclaresceret. Rara illi dies præterfluxit, quâ nõ egenos Eleemosynâ recrearet. Singulis moriens in Gynæceis ita attemperatè pia sua monita suggerebat ut *Sanctam* ab excelsa virtutis existimatione appellarent. CAMPIDONENSIS etiam *Abbatia*, facilè Principalis Conditrix; gratiæ & naturæ donis excellens diuitem virtutibus animam cælo reddidit. *Bau: Sanc: in vit. Car. M.**

Neoburgi die arbitrariâ, in Aprili ad templum Ioshovenſis collis Anno MCCCLXV. à venerabili Domino ALBERTO Episcopo Ecclesiæ Caſtorienſis, in honorem S. Crucis XI. Cal. Septem. consecratū, educitur Processio. Cui præter Cineres S. Pancratij, & Molarem Dentem S. WILLIBALDI Episcopi Eistett. imposuit insignem longitudine & latitudine S. Crucis partē, ut geminâ in charta & plumbo

& plūbo testatur inscriptio, quā, sub plus septuagenario id loci Lutheranismō, in fracto altaris cum alijs Reliquijs anno M. DC. XV. XII. die Mensis Octobris, Diuino beneficio reperit postliminiō Parochus Catholicus cum Religione sub idem tempus introductus. Eædem porrō Reliquiæ cum quibusdam alijs, de SS. Martyribus Achatio, Sulpitio & Aurelia, deque S. Wolffgango à Reuerendissimo & Illustrissimo Principe, ac Domino Ioanne Christophoro Episcopo Eistettensi anno reparatæ salutis M. DC. XVIII. XXI. Maij, supplicatione indictâ comitantibus *Serenissimis Principibus* Populōque Neoburgensi, Feriâ secundâ Rogationum in hoc templum S. Crucis & Omnium SS. delatæ sunt: Qui benedicti in æternum & ultrâ.

MAIUS.

III

SANFRIDVS ortus illustri Cliviorum Ducum sanguine, in Episcopum XVIII. *Ultraiectina Ecclesie*, miro omnium consensu eligitur. Morum sanctitate, in primis que in DEVM ac SUPEROS Religione, *se familiamque suam illustrans*, eius studium ut augetet, nobilissimum.

M 3

Amers-

Amersfordiense Coenobium ære suo liberaliter extruxit munificentissimèque fundavit: aliàque per Dioecesim suam Virginibus asceteria si non condidit, at certè sacravit; ouiculas sibi commissas identidem monens, vt pro peccatorum freno, metum Gehennæ cordi suo continuo inscriberent, & ad divini iudicij perpendicularum omnia librarent: quâ & ipse unâ gradiens, ac de virtute in virtutem ambulans *sancti* nomen decusque obtinuit, & multis ad sepulchrum (quod in Ecclesia Amersfordiensi sibi vivus statuerat) miraculis inclaruit. Quæ hæresi isthic grassante deleta quia me latent, de ijs hîc vel invitus tacere cogor, Divinæ providentiæ consilijs demissè ac patienter omnia committens. *Ex Chron. Ultraiect. & Buccellino.*

X,

ESSENDIA *Provincia* istius *Caput* Festo cultus prosequitur SS. COSMAM & DAMIANVM *Martyres, quorum gladius istic sanguine rubens inter rara Lipsana monstratur. Ex Ann. Perarij & sacro istius Ecclesiæ indice.*

XI.

HEINSBERGA *Julia* non ignobile monumentum, magnum CHRISTI *Athletam* GAN-
GULPHUM.

GULPHUM celebrem habet ex VARENNIS Maiorum pietate istuc translatum ægris, inquilinis frequens sanitatis asylon. *Ex Chart. Canoniorum.*

XII.

DUSSELDORPII in *principe Æde adventus* S. PANCRATII Martyris, qui nobili in Phrygia genere natus, ac Roma à Pontifice baptizatus, cū dijs sacrificare constanter renuisset, decem & quatuor annorum adolescens, virili fortitudine, Diocletiani & Maximiniani Imperatorum gladio cecidit, plus ex vulnere glorie quàm sanguinis profundens. *Ex Hist. Eccles. & vita Divi.*

XII.

IN eodem tractu Montano sub idem tempus, venerabilis IOANNIS de Hericheim Cistertiensis in Veteri Monte Conversi, quem admirabilis demissio, labor assiduus, continua taciturnitas, studiūque precationis, aliæque virtutes ita Deo comendabant, ut primus omnium, dignus habitus sit, cui B. ENGELBERTI vix consummatum Martyrium divinitus revelaretur. *Ex vita S. Engelbertus.*

XV.

SONSBECA pervetusta Clivie vrbs, non Principe, sed suburbano eius in templo, patrocinium

cinium habet S. GERBERNI M. quem incolæ, & accolæ more maiorum constanti precipuôque honore colunt. *Ex Ann. Per. & Heimericij.*

XVI.

TRiumphat hodie ESSENDIA S. MARSI Reliquijs, ab OTTONE istius nominis *tertio Imperatore* isti loco donatis. Cui Religiosissimo Imperatori solemne fuit Diuorum multorum Ossa è tenebris in lucem, magnificâ pompâ transferre, prout & S. MARSI huius Lipsana urnæ ex auro tum subtilitate operis variatæque, tum gemmarum splendore visendæ, piè inseruit. *Ex tab. Essend.*

XVIII.

VPSALIT in Suecia olim colebatur S. ERICVS *Martyr ex sanguine*. B. RICHEZÆ Rex SUECIÆ, S. CHRISTINÆ *maritus Patriæ & pauperum præcipue pater*: libidinis æstus glaciali aquâ suffocavit. *Finlandia Victor fidem intulit.* & contra SÜENONEM *Daniæ Regis Filium Cruce signatus*, aperto campo confligens, *Numine ita volente* piè cecidit Per quietem pridie pugnæ hanc sibi vocem, ut fertur, audire visus est vis esse *Martyr?* cui ipse *Amen reponendo annuit.* An præsignificatio

significatio, an pium somnium id fuerit, in medio relinquo; sanè Christi causa gloriose occubuit, & quo in loco sanguinem fudit, fons continuo exortus, aquas fundit agris passim salutare. *Fast. Mar.*

XIX.

PROPE REGIOMAGVM in Monte S. APOLLINARIS, memoria B. CVNONIS Ratisbonæ ad Istrum Episcopi, Præposituræ & Templi Montis B. Apollinaris munificentissimi Conditoris, qui mortalis vitæ usuram clausit anno Christiano M. C. XX. & æternam sibi beneficâ manu aperuit. *Ex Fast. Gelen.*

XXII.

SINZICHII a multis retrò seculis, CONSTANTINI MAGNI Festiva lux; qui postridie cum hostibus congressurus, intempestâ nocte ingentem & lucidam libero in æere CRUCEM felix VICTORIÆ portentum istic contemplatus est, quâ per legiones, ab aliferis prælatâ, hostes armis & simul idololatriâ exiit. Trophæi quoque visæ illius in Cælo CRUCIS, loco ingens ad Rheni ripam, templum Crucis formam referens, CONSTANTINI Mater S. HELENA posuit; Decre-

N

tüm-

túmque communibus votis est, ut fluuius campum victoriæ coronans, *ARULÆ* nomen ab aris novis *Vbiorum*, ibidem in memoriam *S. Crucis aedificatis* & à victorioso viso signo, oppidum *SINSIG* (ut fama obtinuit) nomen traheret, ac quotannis *calitùs pugnati prelij diem*, gratâ Religione incolæ recolerent. *Ex Annal. Patria.*

XXV.

AD *fluvium* *ARNAPHAM*, *BERCHEMII* *Iuliae* pago, *B. EGILHARDI Martyris Abbatis S. CORNELII* ad *INDAM Octavi*, quem *A. Christiano DCCCL.* *Normannorum* impius gladius sustulit. *Exstat eius nomini dicatum sacellum*, bellorum cælique injurijs ferè collapsum in *Silva* prope *Bolendorph*, ipsius nomen *S. Egilhard* referens. *Ex Patria Annalibus.*

XXVI.

MONS *VETVS illustrium Animarum* ferax, hodie *S. LIVOLDO Diacono* & *S. CLEMATIO illustri Patritio*, cum cælo applaudit, quorum consilio, labore, industria in tumulandis *S. VRSVLÆ SODALIBVS S. AQUILINVS* præcipuè usus est. *Ex vind. Vrsulanis R. P. Hermanni Crombach Soc. IESV.*

XXIX.

XXIX.

DIETKIRCHII sancto agone migravit in cælum, illustri nata genere *Irmentrudis de Milendunck* eius loci *Antistita*, innocentiae, beneficentiae erga pauperes, ac reliquarum virtutum, dum vixit, luce radiare visa est. Inedia illi longa & constans, asseres lectulus; totaque in amore Dei ita erat, ut crebro suspiraret: *Deus meus & omnia. Deus se tibi, tu te Deo.* Morti vicina *Veni mi Iesu!* inquit, *dulcissime ut devincta tibi, à te nullà aeternitate avellar.* Dixit & vixit. Tumulum proprio in Templo invenit. *Ex Necrologio.*

XXX.

ALVISGRANI in Monte S. SALVATORIS, annua lux B. STEPPONIS Presbyteri, qui ita modestè, piè religiosèque versatus est, ut à DEO præcipuà dote ad id munus delectus videretur, qui femineum sexum ad regularum perfectam observantiam animaret, affirmabant (qui illum pernoverant) ipsum Deo semper adfuisse, ac velut in beata vita in terris versatum, omnibus omnia factum, insigni sibi commissarum animarum lucro, *Vir qui multum edificaret, destrueret nihil.* *Ex loci Necrologio.*

N 2

XXXI.

HEISTERBACVM *magnorum virorum sanctus*
Hager, gemina hodie producit virtutum Ger-
mina, venerabilem HERMANNVM Abbatem &
WILHELMVM Monachum (vti vocant) Conuer-
sum, quorum primus magistratu admissò, de-
missione ac pietate omnibus charus fuit. Nun-
quam verbo minùs amabili aut perturbato, vl-
lum alloqui est auditus: vino quoque ac bel-
larijs nunquam aut raro usus. Alter mundo
latere & soli patere DEO elegit, qui ipsi omnia
erat, Ex Fastis Gelenianis.

IVNIVS.

II.

AQVISGRANI triumphus SS. PETRI *Ex-*
orcistæ & MARCELLINI: quorum primus
imperante Diocletiano, Artemij præfecti
carceris filiam à Dæmone agitātā liberavit, eamq;
cum vniuersa familiā ad S. MARCELLINVM perdu-
xit, à quo & sacris undis abluti sunt. Quapropter
à Diocletiani præfecto Sereno asperiùs castigati
cum neque blanditijs, neque minis à recta fi-
de declinantes, sed constantiores aduerteret,
missos in carcerem, & pugnis contusos securi
percuti

percuti iussit, ut in cælum securi evolarent. Ex
Mar. Can. Bre.

V.

MEINWERCVS X. Padibornensium Præ-
sul CLIVIO-Gelder Theisterbandia Comes,
toto imperio spectatissimus, HENRICO Impera-
tori propinquus, cuius COR & ANIMA habebatur
& erat: quo mandante GOSLARIÆ A. C. 1009.
â Willegiso Archiepiscopo Moguntino con-
secratus, & A. C. 1036. s. Iunij denatus est!
vixit cum eodem Imperatore familiarissimè:
eiusdem auspicijs sacra monumenta posteris
(præcipueq; Padibornensi Ecclesie) reliquit, & Ab-
dinchofensem Abbatiam eâdem in vrbe, & insig-
nem Collegiatam in Busdorp, plurimâque alia sa-
cra loca; sacella & Asceteria, proprijs impen-
dijs curavit, paternisque ex bonis, lautissimè
fundavit, summam quoq; Padibornensium Ædem
omnino collapsam â fundamentis extruxit, &
munificentissimè hereditarijs cimelijs dotavit.
Castrum ASPELIVM & RESSAM (nunc Clivia fir-
missimum munimentum) magno ære vendiderat
eius Mater ATHELA Saxonica, quâ pecuniâ
ipse, ut sibi debitâ ac receptâ Padibornam mu-

ris, fossis, vallis, usq; adeò altis inclusit, ut Deo & Principibus suis fida animosâq; Padibornēsi-um gens pyrobolis, tormentis, & variorum telorum ignitorum genere petita, non semel, eorum beneficio, hostes superioribus bellis reiecerit pedēque indecorè referre coëgerit. Cleri quoque sui ipse *Regula ac Norma* eundem exemplo suo ad omnem virtutum, religionisque honestatem trahebat; in sese asper, in alios benignus; viduarum, egenorum pupillorum & maximè illorum, quos pudor publicè mendicare non permittebat, Pater & Asylon, ut iure hoc illum elogio depingant *Annales*, Præfulem fuisse prudentem, & ingeniosum, magnanimum, iustum, DEI timentem, de Ecclesia sua longè meritissimum, in pauperes liberalem, tantæque virtutis, ut viuis ac moriens totam *Germaniam* in sui admirationem rapuerit. Ad miraculum usque memoriâ dignum est, quod *Casulam* seu *Pallium* sacrum, quo Anno Christi M. CCC. XXXVI. amictus sepulturæ traditus ac inhumat' est in *Crypta S. STEPHANI Proto-Martyris* sub principali Choro, atque ibidem trecentis & quadraginta annis in tumulo quieuit B. MEINWERCVS *Episcopus*, nec vermes nec

nec

nec putredo absumpserunt, itaque hodieum *Casula integra est, ut quotannis die quintâ Mensis Junij* (quâ vitâ, S. Meinvercus exemptus est) *Præsul Abdinchoffenis in ea celebret: Pallium* autem hoc sacrum, ex albo Damasceno confectum nostris, quibus nunc utimur, admodum dissimile est: nam antè, retrò, & in utroque latere clausum ac integrum, infra angustum, rotundum, & apertum ad imos pedes demissum est: supra foramen, per quod exferere Sacerdos caput possit; habetque fimbrias à fronte & à tergo aureis litteris intertextas. Studiorum sub eo multiplicia floruerunt exercitia, & bonæ indolis adolescentes Grammaticis, Dialecticis, Philosophicis, Theologicis, Musicisque studijs, imbuebantur, quæ sub *Imado* alijsque ei' Successoribus florere quidem, sed tandem extincta tamdiu sepulta jacere, donec ab incomparabili Viro & B. Meinwerco moribus, genio, affectu erga inopes, naturâ, studijs, spiritu ac fervore Ecclesiam suam augendi pari, Præsule inquam Theodoro à Furstenberg, vniuersitate fundatâ, Collegio, amplissimòque ædificio extructo, ea resuscitata sunt; ingenti Patriæ, familiæque suæ perillustri gloriâ, à quibus præcellis

cellis maiorum suorum cogitationibus, non degeneraturum more recepto electum confidimus *modernum sanguinis ac sedis Successorem Reverendissimum ac illustrissimum Principem & Episcopum FERDINANDVM à Furstenberg*, cuius erga bonas artes affectum (nobis etiam tacentibus) opera eius in lucem missa loquuntur, ut jurecum Patria exultante dicamus: *In te defuncti spectamus Praesulis Ora, Artus & Artes* quotidianis incrementis augendas. Concilio Moguntino MEINWERCVS interfuit & varijs signis illustravit, Praesidente Aribone Archiepiscopo Moguntino; & huius invitatu, HENRICO praesente cui ita Religiosum ac suave MEINWERC I ingenium probabatur ut eo publicis Imperij curis animum lassatum recrearet, velut in sideribus suis prolixè P. Christophorus Brouverius, & ex eodem recentè quidam bene eruditus probat Anonymus. nos pauca delibemus.

Constitutum erat aliquando HENRICO Imperatori in Curia Episcopali balneo uti; cave-ret proinde Praesul, ne quid ad lavandum deesset; MEINWERCVS tempore utendum ratus, occasionem hanc toti suæ Ecclesiæ, egentibusque quæstuosam hoc sancto stratagemate arripuit.

Excel-

excellentissimis ac tenuissimis agnellorum pelliculis Cæsari talarem Synthefin mustellarum iugulis in limbis circumductis, ad ingeniosius fallendū confici curat, quā & Imperatori bene lauto, ambitioso servitio subridens iniicit: splendidam vestem, primā fronte Cæsar admiratus mox peregrinas commissuras pinguiāque assumēta sentiens, vultu severiore assumpto, eiusmodi *Pastoriciam vestem Inurbanum Prasulem; non Cæsarem decere asserit; Episcopus vrbane reponit eam vestem totius Imperij Pastori Cæsari bellissime convenire simulque exaggeratè commemorat* quantam illa vestis ovilibus suis cladem intulisset; nec destitit antè, quàm regali curte seu villa insigni ac pingui, bono egenorum & Ecclesiæ vestem illam Imperator redimeret.

Iterum Henricus patrio recepto more, Nativitatis pervigilio poculum illi mittit, generosissimo plenum vino, sollicitè ministrum monens craterem ut referat, quo imperata faciente donum Meinwercus commendat, & latorem honestis colloquijs, ac vario officiorum genere eousque detinet, donec advocati artifices poculum (latissimā jam cuppā) ad modum

O

calicis

calicis subito formâssent, Imperatoris ipsius, ut donantis, nomine basi inciso. Cæsar intellectâ strophâ probavit eludentis industriam, nihilominus ex composito craterem repetit, Episcopum monens, de proprio, non alieno & raptu liberalem esse; manè tamen in primo eius noctis sacro, contactali sua Chunigunde (ut loquitur auctor) comitante, aræ craterem imponit, Episcopo Ecclesiæ, & sibi, de dono usque adeò pretioso applaudente. Et cum pijs istis stratagematibus (Palatinis, ac in primis Imperatrice, S. Meinwerci Zelo faventibus non semel ad aras exornandas petita cimelia retineret; inò rari pretij pallium Augustale (gratis sæpius petatum) clam surripuisset, ac Cæsari id reposcenti identidem responderet, non videri æquum, Christum Cæsare pauperiorem esse, neque jam usu suo Deo sacrata posse reuerti; HENRICVS Sancto eius dolo, & ingenio delectatus, pariter cum eodem sanctis iocis lusit.

Aduerterat Imperator non semel, Episcopum Ecclesiæ suæ curis ac spiritu raptum, aliquoties tam in sermone, quam in publici officij recitatione, Barbarismis uti, proinde ipsum
scienter

scienter nescium, & sapienter indoctum Imperator diceret. idcirco clam auctor Sacellano fuit, ut in collectâ defunctorum ubi (pro famulis & famulabus oratur) priorem syllabam ex missali eraderet; obtemperat Sacellanus, & dum pro *Parentibus Imperatoris faceret MEINWERCVS*, non literam, quæ occidit, sed spiritum, qui vivificat, attendens, ut scriptum reperit, *pro mulis & mulabus* legit: ast actutum errorem agnoscens, repetitis verbis, quæ malè protulerat, correxit, rasurâ non animadversâ. Sacro absoluto, & Pontifici ad mensam inuitato Imperator insultans: Ego, inquit, *Patri meo atque Matri*, non mulis & mulabus meis missam celebrandam rogavi; at ille, *per Matrem*, ait, *Domini*, *Tu more solito iterum illusisti mihi, & non quoquo modo, verum in DEI nostri servitio, cuius ipse Vindex est & Judex:*

Namque sibi factum non pertransibit inultum.

Quo Zelo mox Canonicis in capitulū Principalis Ecclesiæ congregatis, Capellanum, Imperatoris huius rei Auctorem durissimè verberibus castigari iussit, ut qui ex pelle vitulina, seu pergameno scripta eraserat, pellem virgis bene conscriptam Imperatori offerret, quo suo malo

doctus Sacellanus, ipse quidem, sed minimè
Imperator à iocis destitit, *Sanctorum istorum & Or-*
bis bono illustrique exemplo.

Ad Mensam aliquando sedenti per angu-
stam laquearis rimulam tenuem phyliram seu
membranam auro inscriptam demitti Episcopo
ob oculos iubet, quâ moneretur disponere do-
mum suam veluti, quintâ die moriturus. Et cū in hor-
to, cubiculo, variisque per Curiam locis passim
DEI nutu (ut opinabatur) sparsas eiusdem sche-
das argumenti reperiret, extremis viribus mun-
dum posthabens, ad decretoriam illam horam,
cōtinuis ieiunijs, vigilijs, alijsq; corporis castiga-
tionibus solitis & insolitis se cōparabat; & cum
arcis cōfractis, quidquid auri, argenti, supellecti-
lis, esculenti ac poculenti reliquum erat, opēsq;
mox deserturus, prodigā (ut solebat manu)
inter egenos, solā sandapilā retentā, largè spar-
sisset, in Crypta, strato cilicio (conscientiā pri-
us animosā exhomologesi purgatā) pronus iacens
inter continuos gemitus, suspiria, & lachrimas
in amaritudine animæ suæ antea actæ vitæ no-
xas deflebat; sic in quintam diem conscientiae,
Deoque uacans, cum nihil languoris, præter
latrantem fame stomachum sentiret, doli quid
latere

latere ratus, primis tenebris e lecto, dum ieiunij ferè enectum corpus reficere cogitat, algidum focum, culinam iratam, & à pauperibus devoratã sēsit, ut ditissimo Comiti, munificentissimo Fundatori, pauperrimo Episcopo, ex alieno vivendum fuerit. Postridie dum Ecclesiam ingresso certatim omnes de vita singulari Dei beneficio, bono Ecclesiæ prorogatã, & inter reliquos *Cæsar* HENRICVS cum Palatinis huius fabulæ conscijs congratulatũ accurrerent, non suum, sed in Episcopo illatum Ecclesiæ & DEO vilipendium molestissimè accipiens, *omnes huius Strophe auctores conscios fulmine excommunicationis ictos, extemplò iussit templo exesse donec crimen in Christum Domini admissum agnoscerent, debitèque desererent.* Perculit hoc inopinatum fulmen Palatinos, atque in primis *Imperatorem Imperatricemq;* fabulæ totius præcipuos auctores, templòque reverentiali timore egressi, erratorum veniam (certis, magnisque Aulæ Ministris non semel missis) rogant, quibus nil concedendum existimavit, *nisi in cinere, cilicio, excalceatiquè, ad templi Abdingofensis fores salutari exemplo pœnitentiam agentes, sua arbitria acciperent.* Quod dum in tanto fastigio illustres collocata Anima demissè

missè faciunt, nescias sanè *an His de humili obedientiâ, an Episcopo Meinwerco de Constantia in defendenda Ecclesia potius congratulère.* Habet in Imperatore vir cordatus quod admiretur; in Imperatrice & Femina, quod imitetur; in Meinwerco denique omnis Clericus & fidelis anima, quod veneretur. Sanè cavillis excipiant id Christianum facinus hoc nostro tecto, subdolo, callidòque seculo; quo Politicismus mundum inambulatur, Pseudopolitici ut velint; rideant tantam & auream prioris istius seculi innocentiam, quo secundum faciem Sanctorum, Sancti cum Deo, & inter sese iucundè ambulabant; deliria inquam illi sua (quibus nulla Ecclesiæ reuertentia est) delirent; candorem tamen Sanctorum illorum gratissima posteritas, omnis & Orbis Christianus loquetur, vivèntque nomina eorum in seculum seculi. *R. P. Christoph. Broverius in suis Sideribus, Gaspar Bruschius, Arnoldus, Brunnerus lib. 9. de reb. Boicis.*

V.

Solemnis *Cammemoratio animarum, seu militum in praelio Worringensi intra Coloniam & Dusseldorpium A. C. 1288. occisorum. In bello hoc IOANNIS Ducis Palatini partes WALRAMVS Iulie*
 EBER-

EBERHARDVS *Marchie*, BALDERICVS *Lune-*
burgenses Comites secuti sunt. SIGEFRIDO *We-*
sterburgico *Coloniensium* Archiepiscopo favebant.
 REINOLDVS *Dux Geldrie*, & Adolphus *Nassovi-*
us, inter quos duodecim horis in proelio seu e-
 riceto *Worringensi*, æquo Marte & ita fortiter
 pugnatum, ut sola ADOLPHI *Nassovij* manu
 quinque nobilissimi Tribuni ceciderint. *Victoria*
 tamen à *Brabantino*, sed multo sanguine stetit, *Ar-*
chiepiscopo Geldro Duce Nassaviòque captis; qui po-
 sterior IOANNI *Duci Brabantino* oblatus & quis
 esset rogatus, se *Nassovium* Comitem professus,
Ducem, & tu verò quis es? interrogat; cùmque *Bra-*
bantium ipsum esse acciperet; prodigij id instar
 habeo, inquit, te aciem gladij mei effugisse, qui te
 solum mihi invisissimum petebat. & inter quin-
 que fortissimos, militares præfectos sublatum
 sibi persuasum habebat. Liberâ hominis voce
 delectatus *Brabantine*, *Westerburgio* & *Reinoldo*
 maximo lytro dimissis, *Adolphum* muneribus hono-
 ratum plenâ libertate donavit, ac perconstan-
 tem amicum deinceps coluit. Quo viso affe-
 ctu ADOLPHVS, non religione minùs illustri,
 quàm armis, *Brabantine* rogat, ut *Cælorum* ca-
 davera erecto ad *Worringam* Coemeterio, & Sa-
 cello

cello & terræ mandari imperet: quo libentissimè annuente cælorum hastis seu perticis collectis terræque Nassovij ductu & manu infixis sacelli Coemeterijque locus designatus est: cui proin Beatæ Virginis *ab Hasta* nomen diu adhæsit. Quã in defunctos pietatē cælū rependisse *Adolpha* uisum est, quando A. C. 1292. *creatus Romanorum Imperator*. A. 1298. aperto campo concurrente ALBERTI *Austrij* manu cadens totus exercitus iusta ei funebria unà cum Imperio rite persolvit. *Ex Perario.*

VI.

STEINFELDII, HEINSBERGII, ELLENÆ *in Julia; Hammerenæ, & Sanctis, in Cliuia; Divi NORBERTI*, exuviarum solemnis expositio qui nobilissimis & copiosis ortus parentibus, adolescens liberalibus disciplinis eruditus, in Archidiaconali Sanctensium amplissimo canonicatu, gratiâque Imperatoris ornatus, omnibus his cælo posthabitis, pelliceâ melotâ indutus, nudis, brumali rigore, pedibus incedens, prædicationi *Verbi Dei* se totum dedit; & cum per *utramq; Germaniam, Galliãq;* innumeros hæreticos in libertatem filiorum Dei afferuisset, peccatores ad pœnitentiã, dissidentes ad concordiam revocasset

câset, publico etiam *Orbis Christiani* commodo, *illustriſſimum Præmonſtratenſium Ordinem* fundâſſet; *inuitus ad Magdeburgenſem Archipreſulatum* euectus eſt, *miraculis, prædicatione, & Vtido Spiritu plenus*, Infulam, quam alij gemmis, ipſe *virtutibus* ornauit, à Familiaribus non ſemel dicere auditus, malle ſe infernum, quàm vel vnicum peccatum veniale admittere, quod *Chriſto* illud (ut hominum & **DEI** malum) vnicè diſpliceat. Quo Spiritu ætatèque plenus optabat tenerri- mè ad *Ieſu & Mariæ* conſpectũ quantocyus euolare: & euolavit **A. C. M. C. XXXIV. VI.** Iunij non ſine ſingulari ſummæ lætitiæ ſignifi- catione debitam neceſſitati vitam reddendo. *Ex eius vitâ.*

VIII.

IN perilluſtri *Effendiænſi Eccleſia* *Translatio S. Marſi* Confefſoris, cuius **CORPVS** aurea in hierotheca quieſcens, publicæ ſubinde venerationi per annum exponitur. *Ex Annal. Per.*

VIII.

Memoria **S. CLODULPHI**, ex *Mofellano Prin- cipe* *Epifcopi*; ex *Epifcopo Eremicolæ* qui tur- bas & temporalium negotia fugiens, *Silvâ plu-*

P rimis

rimis annis abditus, vigilijs item & orationibus
cælestique meditationi vacans, vitam Angeli-
cam vixit in quo Spiritus Sanctus mirabiliter
requiescens, varia mortalibus beneficia piè pe-
tentibus sub ipsius patrocínio, clementer o-
stendit. *Ex Gelen.*

XV.

MONS ALCINOI (vulgò *Eltenberg*) genero-
sarū Virginū *Abbatia* hodie gaudet *Lipsanis*
& *Patrocínio S. Viti*, qui contemptis idolis & Dio-
cletiani promissis, variisque tormentis laceratus
post tot pugnas egregiè pugnatas *caput* offeren-
do *Creatori suo*, se vivo *DEO vivum & immacula-
tum sacrificium obtulit*. Sacrum eius *CORPVS* un-
guentis delibutum nobilis *Matrona FLORENTIA*
in Marianno religiosè sepelivit. *CAPVT* eius *GAL-
BIACVM* in *Julia* præcipuo honore colit & pos-
sidet. *Ex Annalibus Weneri.*

XVII.

SIGENBERGÆ *solemnis Lux S. INNOCENTII*
Sex Thebaorum Sodalitate; cuius *CORPVS* à *S.*
ANNONE Archipræsule Coloniensi vrbi illatum pom-
pâ omnium *Ordinum* raro ibi spectatâ. *Ex sa-
crario eiusdem Ecclesie.*

XVII.

XVII.

ITEM B. TERESÆ (siue THERESIÆ) B. RICHEZÆ
 confanguineæ S ANCTI Lusitania Regis Filia;
 ARNVLPHI IX. Regis Legionis Consobrina & Con-
 iugis; quæ tota pauperibus dedita, singulis no-
 ctibus matutinum, quem vocant cursum, de
 SS. TRIADE, tum de S. CRUCE, denique de Vir-
 gine DEIPARA absoluit. Annexuit hisce votivas pro
 mortuis preces, & Davidis odaria, coronam ter-
 renam respuit, ut perennaturam haberet in Calis. Ex
 Fastis Gelenianis.

XIX.

WERTHIMIÆ, seu in S. LVDGERI Insula,
 B. HILDEGERMI Halberstadiensis Episcopi
 & Confessoris, fratris eiusdem S. LVDGERI
 Coapostoli, qui cum infinitam Gentium multi-
 tudinem Christianâ fide imbuisset, ac per omnes
 inferioris Saxonie Provincias, operarios in vi-
 nea Domini ordinâset, susceptis pro fide glorio-
 sis laboribus Doctoris & Apostoli Saxonie cog-
 nomen illi adhæsit. & inter varia pietatis
 edita signa expiravit, ac plurima post se miracula
 reliquit, familiarem Sanctis Hereditatem. Ex Ann.
 Weneri.

XX.

FRUNDEBERGII in Mōasterionobiliū Virginū Or-
 dinis Cisterciensis in Monte Hasleo secundū Rurā

occidentalem *Comitatûs Marcani* imposito ad præmia *Sanctorum* evolavit *venerabilis* MENRICVS, ex illustri & præpotenti *Lubecensi Canonico* Eremita, ac *munificentissimus* huius loci *Fundator*, qui ut directius, expeditiusque ad **DEVM** contenderet, quanto poterat paupertatis amore omnibus, quæ vitæ degendæ necessaria erant, *nudus nudum Christum secutus est. Ex Ann. Perar.*

XXI.

IN societatis **IESV** Collegijs *Reliquiarum ostensio festiva* B. ALOYSII GONZAGAE *Marchionis Castilionensis*, qui Principe genere ortus, ingentes opes *Christi amore* vocante cælo neglexit, **SOCIETATEM IESV** ingressus *noxæ nullius gravioris sibi conscius* *Angeli nomen meruit*, *Adolescens*, quem exacta per omnem Religionis laudem vita humilitate, patientiâ, fide, pietate conspicua commendavit. *Romæ vivus mortuusque* multis miraculis illustris, anno M. D. XCI. æternitatis gloriosum iter iniit, ab *Ecclesiæ Galitum Albo adscriptus. Ex vita.*

AGRIPPODVRE S. HERMOLAI *Episcopi & Martyris* ex *Societate* undecim millium *Martyrum* in monte *Ararat*; cuius **CAPVT** terebrâ perforatum

perforatum in summa (nunc Societatis IESV)
æde ibidem religioſè colitur. *Ex Tabu. Eccles.*

XXII.

A Bijt & ex humanis eodem die, *Aldenberga*
in Montibus venerabilis Abbas THEDORICVS,
integritatis opinione & munere regendi in-
clytus, virtutum admirabilium splendore in-
gens sui deſiderium relinquens. *Ex Faſt. Gelen.*

XXII.

A *Nniuerſarius* B. CHRISTINÆ STOMEL-
SIS, vitâ & miraculis jlluſtris, *quæ in Stom-*
melen ad annum uſque M. CCCXLII. quieuit,
quo à WILHELMO primo IULIÆ *Marchione* au-
ctoritate fratris WALRAMI *Archiepiſcopi Coloni-*
ëſis NIDECAM indeque IULIACVM à WILHELMO
Clivie, Julie, Montium Duce A. S. M. D. LXVIII.
unâ cum *venerabili Capitulo* translata eſt. Vbi
hodie *Tumulus eius* ad Chori oſtium elevatus vi-
ſitur. Eandem ſæpius ſibi apud DEVM Pa-
tronam Animæ piacularibus ardentibus flammis
optârunt, ſupplices nonnunquam ad eam ma-
nus tendere viſæ. *Ex Annal. Perar. & Necrolo-*
gio eius loci.

XXII.

HAMMONA *Marchie* naturâ & arte muni-
tiffima

tissima civitas, eiusdem nominis colit CHRISTINAM, cui non satis fuit animo *saucium* in *cruce pendulum* IESVM corde *aspicere*, nisi corpore etiam *stigmata* (*familiaria eius Signa*) *infigeret*. *vixit anno salutis M. CCCC. LXIV. Ex Fast. Gelen.*

XXII.

DUSSELDORPII in *Ducali Residentia*, & *Societatis* IESV templo *Translatio* SS. *Martyrum* IRENTII, SAVINI, CYRILÆ & EUPHEMIÆ; *priores* Roma; *posteriores* *Virgines* & *Martyres*, *Regnum* Poloniæ ad *votum* *Serenissimæ* REGINÆ ANNÆ CATHARINÆ CONSTANTIÆ dono *misit*, quib' *Serenissimus* PHILIPPVS WILHELMVS *more suo* *Comes* *Palatinus* *Rheni*, *Julie*, *Clivia*, & *Montium* *Dux* *unâ* *cum* *serenissima* *Domina* *Vidua* *Matre* MARIA FRANCISCA, *Serenissimâque* *Coniuge* ELISABETHA AMELIA, *Nobilitate*, *Clero*, *Præsidio*, *Urbèque* *universâ* *comitante* *extra* *portas* *obviam* *progressus*, *piâ* *eisdem* *prece* *exceptit*: *inde* *ab* *equitibus* *perpetuâ* *serie* *dispositis*, & *ab* *effulo*, *populo* *inter* *festas*, *ex* *munimentis*, *Rhenôque* *ipso*, *tormentorum* *explosiones* *faustâsque* *omnium* *acclamations*, *in* *Vrbem* *Templumque* *Societatis* *adducti* *sunt*; *ubi* *Hymno* *Ambrosiano* & *officio*

& officio ab exquisitissimis per Germaniam Symphoniacis inter suavissimos modulos, atque si les dulciores rarissimâ Harmoniâ decantatis, S. SABINVS eadē, quâ inductus fuerat pompâ, festivè *in Arcem eductus, sacrario eiusdem impositus est, serenissimorum & urbis Tutelaris futurus. Ex Annal. Collegij.*

XXVIII.

IN *Hoven ad Sulpiacum Virginum nobilium in Parthenone, Venerabilis GVDÆ Virginis Converse* memoria, quæ singulari obedientiâ, submissione, charitate, morum candore, & laborum patientiâ ita conspicua, DEO QVE grata fuit, ut culinaria officia obeunti CÆLITES cum Puerio IESV multâ luce spectabiles frequenter assistere visi sint. *Ex Fast. Gelenianis.*

XXX.


IN *Patrum Societatis IESV EIFFLIÆ Collegio S. DONATI Martyris Translatio, quem anno post Servatoris adventum M.D.C.LII Ramâ eidem Collegio dono milit admodum reverendus in CHRISTO Pater GOSWINVS NICKEL ex Coslar Iuliacensis Ducatus, decimus Soc. IESV GENERALIS ex Cœmeterio S. AGNETIS extra*
portam

Portam Nomentanam, in Theca ex cedrino quadrilaterâ Eminentissimi MARTII CARDINALIS GINETI manu & sigillo munita: additis R. P. FLORENTII MONTMORENTII, aliorumque legitimorum literis & testimonijs. Sancti huius DONATI Martyris CORPVS magnâ tam incolarum, quàm accolarum omnis ætatis & statûs procedentium pompâ, expago WEINGARTEN in urbem Monast: EIFFLIÆ usque ad novę Soc. IESV fabrica locum (in quo primus id temporis Collegij Lapis ponebatur) inter frequentes civium & arcis festivas explosiones deportatum est; solemni ritu sacra Vrnâ apertâ ingenti spectatorum venerationis sensu Martyris LIPSA NA ostensa sunt: quibus adiuncta lampas instar conchæ; ampulla etiam vitrea, sed diffracta, & adhuc sanguinolenta, tres quoque ferrei anuli filo ferreo nexi, vetustate ferè consumpti, quoddâmque aliud (auguramur instrumentum Martyrij fuisse) cuius ansa incurva, altera eius pars latior stricta. Quibus ostensis & visis iterum arcula conclusa est. Inde magnificâ cæremoniâ *primi lapidis positio peracta*, sacròque solemnissimè decantato, eâdem festivâ processione sacer THESAURVS, ad *facellum S. MICHAELIS* quo *Societas*

Societas nunc pro templo utitur, delatus est, tamdiu istic piâ veneratione colendus, donec in nouum, quod DEO adiuuante nunc confurgit templum, tansferendus, debitâ religione ac cultu honoretur. Ob tempestates noxias, ipso invocato, sæpius mirabiliter Cælo serenato fugatas, eius publico typo expressæ imagines, unâ cum tribus Chronographicis, sacrum eius adventum exprimentibus, illud Ecclesiæ adiectum supplicium: S. DONATE Martyr ora pro nobis, ut liberemur à fulgure & tempestate. Ex eius Collegij Annal.

IVLIVS.

Die I.

 *HUMBIS, siue in pago Thumb prope Nideccam Iuliacense Municipium translatio trium SSS. Virginum FIDELI, SPEI & CHARITATIS filiarum S. SOPHIÆ, que sub ADRIANO Cesare anno partæ salutis C. XXX. cum neque blanditijs, neque minis à Christianâ fide declinantes paratæ potius mori, quàm fœdari moribus Ethnicorum, constanter prætoris impietatem essent detestatæ ferro cæsæ victrices animas Cælo transmiserunt. Triumphat etiâ insigni hac Virginû*

Q

Triade

*Triade earumque reliquiarum parte GUNDELFONSTEIN
Oppidum in Prumia tanto quoque thesauro ditatum.
Ex Annal. Perar.*

II.

CREVENRADII in nobilem Religiosam
Montium Asceterio adventus Reliquiarum
S. CATHARINÆ Virginis & Martyris; quæ
multis retro sæculis, & ad nostram hanc
usque ætatem multis virtutibus coruscant.
Acquisiuit eas nobili Monasterio venerabilis Virgo
CATHARINA Comitissa de Huchesvagen isthic
Religiosa A. C. M. CC. IX.

IV.

CLoriosa memoria ELIZABETHÆ Cognata
B. RICHEZÆ, Portugalia Regi DIONYSIO
nuptæ, quæ Regum Pacificatrix, annis ferè post
mortem trecentis, suavissimo Corporis incorrupti
odore perseverat; & nuper totius orbis Christi-
ani applausu ab VRBANO octavo ritè sanctis ad-
scripta est. Ex vit. Eiusdem.

VI.

CAudet hodie Cive suo Consule NOVESIVM
Urbs ad Rhenum non ignobilis, qui Comen-
sium olim Antistitem agens, loca plurima magnis
virtutibus

virtutibus ditavit, quem nomine suo *Novesium* imò, nî fallor, *suo ille Novesium beavit. Ex Annal. Per. VII.*

Theodorus eius nominis *nonus Comes, sextus & vigesimus Clivensis*; cui virtutum fama celebre *cognomen* a pietate fecit. vixit sub HENRICO septimo *Luxenburgensi*, & LUDOVICO quarto *Bavaro Imperatoribus*, ex *Margaretha ultimi Geldrie REINHOLDI Comitîs gnata*. Vnicam tantum *Filiam* reliquit, *Margaretham* etiam appellatam, *ADOLPHO quinto Marcano Comiti* in ordine decimo nuptui datam.

Quibus vero artibus *Heros hic* ad *Provinciarum suarum & augustissimos* per imperium *titulos* ascenderit, ut *Pius* audiret; gradus illi fecerunt in primis erga *DEVM insignis religio* & *admiranda eius virtus*, quæ ornare ex decore *Principem* posset. Nec minùs *spectabilem* reddidit eum *prudencia*, non illa quidè *Pseudopolitica & quæ in Carnis simulationis & dissimulationis puncto* consistat, sed quæ *altioribus, atque à Deo, & verè prudentibus probatis principijs innixa* nemini non *amabilem & commendabilem præstitit Piumque* fecit. Hanc nominis eius *pietatem* ita sanè auxit *nativa eius clementia*, ut sive à manifestis hostibus, si-

ve suorum & sanguine Coniunctorum, & collatis in illos beneficijs obnoxiorum iniurijs la-
cessitus, facilius ferme contra diffidentium spem
& expectationem fuerit ad veniam largiendam,
quàm illi ad deprecandum prompti, & accurati.

Docuere hanc clementiam gesta eius bella, nunquam nisi pro pace & religione prove-
henda, & tantâ quidem fortitudine suscepta,
ut semper vicerit, & triumpharit.

WILHELMO *Hollandia Comiti Traiectum* ob-
sidenti auxilio fuit, & ne captam longâ obsidi-
one Vrbs, incolis deletis, excinderetur *nostri*
THEODORI monitis & Ioannis Arculei Episco-
pi potenti intercessione factû, ut ueniâ & vitâ ci-
ues eâ lege invenerint ut discalceati & seminudi
Comiti supplices fierent, veniâque delictorum
postularent.

LUDOVICI quoque *Imperatoris*, maximis
promissis allectus, partes secutus est: & EDOAR-
DO *Anglorum Regi* suppetias contra PHILIPPVM
VALESIVM *Francorum Regem* tulit: ubi ultimo
eoque cruento in prælio 28000. hominum cæ-
sis, PHILIPPVS fugatus est, & *Caletum* diurnâ
circumvallatione A. C. 1345. in Anglorum po-
testatem devenit. Sed in his alliisque bellis sem-
per piâ

per piâ clementiâ usus, quantum (salvâ iusti-
tiâ ac legibus belli licuit) â cædibus & sangui-
ne temperavit.

Ceterum pace vicinis cum provincijs initâ,
singulare eius gaudium fuit subditorum suorum
pietatem augere, ducto â solemni translatione
S. Margaritæ Martyris A. C. 1321. postridie eius
festi initio. Diva hæc plurimis annis in *Veteris
Campi* asceterio quieverat, quam pijs precibus
ab eius loci *Prælato Patribusq;* impetratam incre-
dibili subditorum concursu totiusque Cliviæ
applausu in Cliviopoleos Ecclesiam transtulit.

Anno â Partu Virgineo 1334. 18. Calend.
Martij in eminenti ad *Calcariam Monte Mon-
reberga* amplissimum Canoniorum Collegium
fundavit, quod Walramus Iulius Colonienfium
Archiepiscopus inauguravit. Illud verò 18. Mar-
tij. A. 1341. Cliviopolim, Walramo approbâte,
Theodorus transtulit; & *primum benedictum Lapi-
dem in fundamenta* misit: ut his versibus Petrus

Verhagius eiusdem collegiatæ scho-
larcha cecinit:

Flos Comitum Imperij Prorex, tibi Regibus orbe:
Dant Pater & septem nominis omen Avi.
(Alberti) satus es gnata seu Nepte Rudolphi.
Qui primi Austriadum scepra tulere domus:

Q 3.

Perte

Per te Munreiuo dotata Ecclesia Cliuos
Migrat, & ipsa tuis Vrbs viget alta bonis.
Imperij laus summa fuit domuisse rebelles;
Sed maior dici réque fuisse PIVM.

Præter hæc & plura alia similia sacella templa
& loca sacra hostium incursionibus gravissimè
afflicta non instauravit modò, sed & splendidè
exornavit. Egenis, & reverendis Patribus S. Fran-
cisci in vrbe residentibus varias ac liberales ele-
mosynas dedit. Politica eius opera, licet pluri-
ma & commendanda, studio prætereo; hoc uni-
cè optandum, ut tanti viri memoria innotetur,
& studiū in alijs excitari queat laudatissimā eius
facinora imitandi, in mores suos ac vitæ ratio-
nes inducendi, ac transportandi. Ex mortalibus
Clivis 1343. 7. Iulij ad immortales transijt: in
templo istic à se fundato ac dotato inter pias
subditorum lachrimas Pius Theodorus conditus
est, in decretoria illa die uberem laborum, do-
norum, pietatisque suæ à liberalissimo IESV
mercedem relaturus. *Ex Pighio & Annalibus.*

XIV.

RESSÆ in *Clivia*, Publicis Litanijs invo-
catur B. DENTILINVS *Confessor*, rarum
ac breve teneræ ætatis miraculum, annis non
moribus

moribus, adolescens, gratiâ curationum conspicuus, ibidem cum sancto suo Patre VINCENTIO Comite in æde B. Virginis, quam vivens ardentè coluerat, quiescens. Ex fast. Gelenianis.

XVIII.

INGENETWILLERE *Juliensis Agri ad Duram Pago, qui nunc Arnoldivillarum, vulgò Tarzoviller dicitur, Festū S. ARNOLDI Musici, qui ex Græcia Symphoniæ artibus instructus ad CAROLI MAGNI Aulam veniens, Imperatoris animum plus pietatis, quàm iacunditatis Harmoniâ ita affecit, & ad subditorum commiserationem inflexit, ut de publico pauperibus magno silvarū tractu (quē prandente Cæsare, celericursu obequitando, fide & expectatione maiorem descripsit) lignari liceret. Sancti huius corpus superioribus triginta annorum Germaniæ bellis, campestri & aperto ferè templo non sine vicinorum insigni admiratione illæsum stetit. Mart. Can. & Fast.*

XVIII.

COlitur & Heisterbaci venerabilis THEODORICVS *ex illustrissimo WIDANO Comite ibidem humilis maximarūque virtutum Religiosus. Qui*
in

in longo Religionis Martyrio, mundo mortuus, terrenam gloriam respuens, ultimo Spiritu mirè recreavit fratres, quem effudit hymnum AVE MARIS STELLA, decantans; nempe ut in *Virginis laudibus*, cuius semper præcipuo in obsequio vixerat, vocem vitamque finiret. *Ex fastis Gelenianis.*

XVIII.

Est & in veneratione ARNVLPHVS *Episcopus Metensis PALATINI sanguinis*, qui multa pauperibus erogavit. Humanæ inde vitæ ludibrio & periculis altiùs perpenfis, populi frequentiam relictâ, se in inviam, & desertam silvam abdidit, in qua plurimis annis vigilijs, jeiunijs, silentio & orationibus vacans, nemine conscio Angelicam vitam egit, ac inter eosdem felicissimè nunc quiescit. Vir qui in deserto & dulci suo silentio absorptus, *tacendo meruit ut omnis illuminatus loquatur.* *Fast. Gelen.*

XX.

IN Aldenbergicâ Abbatiâ felix exitus venerabilis WICBOLDI *Culmensium Antistitis*, & exulis, qui *Veteris Montis nobilissimam Basilicam* impendijs suis à fundamentis restauravit

restauravit, ac Dioecesin suam urbemque, suâ nobilitatum morte reliquit, dignissimus certè qui aeternis litterarum monumentis inseratur. Ex Men. & Appar. Gelen.

XXII

IN RHENO ad Regimagum, & Dusseldorpij in Montibus S. Martyris APOLINARIS Raven-natensium Episcopi, qui captus quòd impiâ er-rorum caligine occæcatus ad fidem Christi con-verteret, & idola adorare renueret, diu diside-ratum Martyris præmium feliciter consecutus est. Ex Fast. Gelen.

XXV.

S. GUILIELMVS origine PALATINVS, ex Montis Pessulani Domino Monachus Ordî-nis Cistertiensis, eo profugiens, ubi splendorem à Maioribus acceptum religiose familia consortio celaret, perspicuæ innocentix, & integritatis Religiosus, nos exemplo suo docens, mundum piè fallere, Monachos inter Angelus vixit. Ex Annal. Ord.

XXVI.

MARCODVRVM *Julie delictum*, frequen-tissimam vicinarum Regionum vrbiùm-que accursu Magnæ CHRISTI Auiæ ANNÆ na-talem recolit: Cuius venerandum CAPVT inter
R multa

multa & varia prodigia istic coruscum, CÆLO & IULIO *Papa Romano Iudice* possidet, ab anno *Incarnationis Dominice M. D. V. cuius* etiam *continuxæ presentie Patrocinio Vrbs*, (CAPITE ex ea nunquam elato) gratanter adscribit sese trīginta tribus annorum continuis bellis tot inter obsidiones rerumque vicissitudines feliciter immotam, & à flammis excidiōque immunem stetit, humili prece rogans, vt *Vrbem suam* porrò sancta *Patrona* incolumem florentemque servare maternè velit. *Mart. Can.*

XXVII.

ALEXANDER Leodiensium Episcoporum XXXII. ALEXANDRI *Romani Pontificis* iussu unà cum REGINALDO *Coloniensium Archiepiscopo astante* FRIDERICO *Imperatore, Palatinis, alijsque plurimis summæ dignitatis Præsulibus Lipsana S. CAROLI MAGNI* levavit A QVISGRANI, & in feretro argenteo piæ populi venerationi exposuit. *Ita sancti post longas noctis tenebras in terris lucem vident magnam. Ex Annal. Leodiens.*

XXIX.

S. OLAI, de sanguine RICHEZÆ, *Norwægie & Dania Regis, Regum Regis Præconis & Apostoli*

postoli Gentium, qui à Germana suo captus, Feriâ etiam sextâ Cruci affixus, tres in ea horas, ad exemplum SOTERIS cum pependisset, horâ diei item nonâ Sanctum Spiritum in manus Conditoris emisit. CORPVS eius illæsum ignem triumphavit: integrumque persistens, multas ac magnas virtutes operatum est. Ex Alberto Crantzio.

XXXI.

IN *Julie, Clivie, Montium. Soc. IESV Collegijs festum S. Patriarchæ IGNATII Loyolæ, qui nihil præter DEI Domini sui gloriam, & Iuventutis in litteris ac pietate profectum, vel maximè expetebat, omnibus omnia factus, ut CHRISTO lucrifaceret. Quo ardore succensus missus ad prædicandum Indis Evangelium S. FRANCISCO XAVERIO, aliisque in alias mundi plagas, ad Religionem Christianam Catholicam propagandam disseminatis, Ethnicæ superstitioni, hæresique bellum indixit, ingenti Orbis Christiani bono. Quem proinde GREGORIUS Decimus Quintus magnis in Ecclesiam meritis, & miraculis illustrem, Sanctorum Fastis adscripsit: ad quos Româ anno M.D. LVI. feliciter evolavit. Lipsanis suis, per hæc & alia Collegia passim relictis. Ex vita eius.*

Die I.

VTHARDIS B. MEINWERCI X. Padi-
bornensis Episcopi THEISTERBANDIÆ Comitiss
Matertera, illustrem ELTINENSEM
Abbatiam ad Rhenum constituit, sub OTTONE
I. Imperatore, ut ex eius litteris anno 968. datis
liquet; cuius etiam primam Abbatissam egit, recla-
mante licet ATHELA BALDERICI Comitiss CLIVIÆ &
THEISTERBANDIÆ Vxore, quæ lege Saxonica feminis
successionis Jus & bona hereditaria non derogari
sustinebat: ab OTTONE tamen III. postea, ut con-
sentiret, inducta. Immo cum marito BALDERICO
aliud quoque virorum Collegium A. C. 1000. cir-
citer, Ziphilichij condidit. Luthardis verò pa-
ce cum Athelâ Antagonistâ constitutâ eam
deinceps ita beneficam habuit ut Filio Mein-
werci non invito Ecclesiæ S. Viti Eltinenfi de-
cem mansos assignârit & confundatricem a-
gere voluerit. Quo Numinis inexpectato favo-
re ut in jucundissimo suo ALCINOI Monte (quo
Clivia, Batavia Rheni, Wahalis, aliorumq; flu-
viorum confluentia, mirâ pagis Urbib; gratâ varie-
tate conspicitur) dignas Deo Sodalibusq; ædes erige-
re constituit idq; tantâ felicitate, Cælo aspirante,
executa

executa est, ut paucis annis Abbatiam Eccle-
 siamque maximis impendijs DEO Divisque ere-
 xerit. Templo numeris suis absoluto ritûq; Eccle-
 siæ sacrate, mox totâ mente Deum sibi ante ocu-
 los statuens omnes actiones suas illius potissi-
 mum ad laudem & gloriam mirificè composu-
 it Relictis purpuratis, pauperum ferè confortio
 gavisa, eos copiosè & frequenter pascens, & sub-
 ditas sibi Virgines doctrinâ exemplôque trahens
 DEO tandem ac meritis plenâ plurimis gra-
 uissimisque perfuncta laboribus, in senectute
 bonâ in templo à se in Monte ædificato quies-
 cit, donec in decretoriâ illâ die transmigret in
montem sanctum DEI. Annal. Patrie.

V.

HERFORDIA RAVENSPVRGII Caput, sed Aca-
 tholica, tenui Religione veneratur S. OS-
 WALDVM Regem, cuius sacros Artus in eam Sa-
 xonia plagam magnis honoribus, festâ Civita-
 tis & omnium Ordinum gratulatione ac vere-
 ratione transtulit GVALTERVS Comes & Funda-
 tor Herfordiensis, qui ultimus eius Orbis Comes CA-
 ROLO MAGNO SAXONVM Domitore, & WI-
 TIKINDO Christum amplexo consentientibus, fer-

vore novi Christianismi motus, *Collegium Generosarum & nobilium Virginum* constituit: cui prope Urbem ad mœnia aliud *Divo GERVASIO sacrum* erexit, cuius exemplo anno 820. *CORBEIENSE & SCHILDESINVM* prope *Bilefeldiam* à nobilibus quoque Vestalibus inhabitatum: & ipsâ in Vrbe insignis Collegiata, ac in *NEAPOLI* eius *R.R. Patrum Recollectorum* claustrum solum ex integro Catholicum fideique propugnaculum erectum est, quorum sanctis laboribus, religionique labanti ut porrò benignissimâ intercessione *S. OSWALDI* aspiret Dominus, vnicè implorandus. *Consule Ann. Pat.*

VI.

IN *MONTIVM Ducatu* ad *BENSBERGAM Arcem* in pago *Slebus B. GEZZELINI Anachoreta*, cuius ibidem *Memoria & Fons* eius precibus è terra datus, qui in sacello à perillustri *Domino Henrico Barone de Reuschenberg Teutonici Ordinis Commend. &c.* erecto, frequenti peregrinorum confluxu inuisitur plurimis medicus & salutaris. *Fast. Gelen. Mart. Canisij.*

VII.

IN *Sacrario Aulae Neoburgensis Festum S. DIGNÆ*
famulæ

famulæ S. AFRÆ à Gaio Rhætici præside flammis addictæ quæ Palum mortualem osculo venerata, illique alligata lento igne subiecto inter Iesu & Mariæ nomina cōflagavit Christiana fidei illustrissima Victima, cuius insignes & Crystallo inclusæ Reliquiæ istic proponuntur. Ex Bau. Sancta, & Sacrarij Indice.

X.

IN peruetusta GLADBACENSI Abbatia à GERONE LUDOVICI Saxonis Filio Archiepiscopo Coloniensi circa A. C. DCCCCLXXI. instituta S. LAURENTII CAPITIS ostensio, quod ibidem nuper ad eò Rex Hispaniæ Philippus IV. magnis precibus ac donis à Præsule impetrare frustra molitus est. Tesch. in Annal.

XIII.

HAC die ad meliores abiit PHILIPPVS de Heinsberg Archipræsul Coloniensis, Apostolico Spiritu plenus supra humanas Spes aut metum Aulæ suæ dicere solitus: *Velle arumnis carere idem esse, ac velle CHRISTO tergum vertere, & illum solum sub CRUCE perfidè relinquere.* Idem hereditarijs opibus fundavit Collegium cognominemq; Heinsbergensem Ecclesiam, ac pluribus istic munificentia

tiæ

tiæ vestigijs relictis, migravit in *cælum*, vbi *Deus ipse merces ipsius erit, magna nimis. Ex Annal. Patriæ.*

XV.

NEOBURGI *Aulico in Sacratio. Elevatio CA-*
 PITIS *B. STANISLAI Kostka, à serenissima Glo:*
Mem: ANNA CATHARINA CONSTANTIA Re-
gia Polonia Principe reliqua inter Cimelia allati:
quod Serenissimus eius Coniux PHILIPPVS WILHEL-
MVS C.P.R. Bavaria, Julæ Dux &c. præcipuâ venera-
tione colit; hereditario erga nobilissimam Polonia
gentem, ipsūque B. KOSTHAM affectu ex san-
guine B. RICHEZÆ Palatinæ Polonorum quondam
Reginæ sibi innato, ut in Genealogica 21. Martij
huic opusculo insertâ B. RICHEZÆ Arbore, qui
velit, leget. Beatus hic se totum Numinis cul-
tui in Societate IESV dicavit, exactissimum
omnium virtutum speculum, qui verus. Obitus
sui vates ipso Assumptæ olim in cælum Reginæ
die Anniversario, ab eadem invitatus & assum-
ptus est, ut quam unice coluerat in terris, æternū
complecteretur in calis. Ex vitâ eiusdem.

XX.

IN Clivia nobilium Virginum Sleedenhor-
 stano

stano Asceterio Festum & Veneratio Reliquiarum melliflui Doctoris S. Bernardi Cisterciensium Fundatoris magnæq; cæli Reginæ eximij cultoris, ævi sui alter Moyse & Thaumaturgus, ob frequētia miracula habitus. Demum anno ætatis LXIII. meritis toto orbe illustris, hanc mortalem vitam cum immortalis commutavit. *Ex vita eiusdem.*

XXIV.

Sub idem tempus Gladbaci sancti Sandera-
di primi eius inclitæ familiæ præsidis, qui
charitate in Deum feruens, integras sæpe no-
ctes, fundendis precibus corporeque castigan-
do insumpsit, *totus virtus, totus patientia, &
submissio. Ex Chron. eiusdem loci.*

XXIV.

IN Veteri Monte Reductio brachij S. Bartho-
lomei, Indiæ citerioris Apostoli, qui cum
Provincias aliquot fanis Idolorum everfis, &
duodecim Civitates unâ cum Rege Polymio
Coniugēque ad Christum perduxisset, impio-
istius gentis sacrificulorum Zelo incensus Astya-
ges Polymij Regis Germanus, Apostolo vivo
pellem crudeliter detrahi, caputque abscindi
curavit. Corpus eius ex Albania Vrbe, in qua
S passus.

passus fuerat Liparam, inde Beneventum, & Romam, Brachium verò *veterem in Montem*, translatum est, inde à bello Cæsarem Carolum Quintum & Wilhelmum Ducem Iuliæ inter exules, *Ser: PHILIPPI WILHELMI*, Comitis Palatini Rheni, Iuliæque &c. Ducis clementissimâ voluntate collaborante enixè R. P. Godefrido Otterstet, ad Rhenum inferiorem bis Soc. IESV Præposito Provinciali, hoc tandem anno, ex æquo divisum Reverendissimo, prænobili atque eximio Domino Præfule Ioanni à Blanckenberg restitutum est: *ita & postliminiò Sancti Veteres possessiones, sedesque suas, Veteri in Monte repetunt.*
Ex Indice Sacra.

XXV.

Sancti Gregorij ex nobili Palatinorum Comitum stirpe Episcopi Ultraiectini, qui quidquid habebat, volens in pauperum usus concessit, & eosdem testamento ex asse heredes constituit. Quia bonorum laborū gloriosus est fructus, reddet mercedem plenam Deus, cuius honorē pia illa liberalitas potissimum spectavit. *Ex Ann.*

XXV.

Eodem die in Veteri Monte venerabilis Bernonis, primi eiusdem loci & genij suavissimi
fini

fimi Abbatis persuasum habentis obiurgationi semper aliquid blandi admiscendum quòd facilius penetrent verba, quæ nulli, quàm quæ asperâ vadunt viâ. Quâ mansuetâ pietate Procreatori suo innocentissimam, & rectè factorum ditissimam animam reddidit, de quo iste vulgaris extat versus:

Est Abbas Berno Primus de Monte Veterno.

XXIX.

IN Ellseniana prope Grevenbrochiū, Sinstrofiana, in præfectura Altenhaviana & Nidecciana illustriū Teutonicorū Dominorum Comendatorijs, festum Decollationis S. Ioannis Baptistæ, quem Ordo iste, unâ cum Lipsanorum hodiernâ productione principe studio colit, Patronumque habet. Eâdem luce, quâ gloriosum Agonem abscisso capite S. Ioannes consummavit in Anrhaedt Toparchia Illustrissimæ Generosi Domini Adriani Wilhelmi liberi Baronis de Virmundt & Nerssen, Domini in Hersbach &c. præcipuâ in veneratione est eiusdem Sancti facer Vertex argentæ Lipsanothecæ inclusus, cuius religioso attactu sacratum vinum à fidelibus viuâ fide sumptum, non rarò capitis puncturas, dolores, omnium medicæ etiam artis industriam superantes, ex integro tollit. Quales

S 2

verò.

verò Reliquias, Templum & Monasterium ab eodem jlluſtriffimo D. Barone R. R. Patribus Conventualibus in Nerſen fundatum, vicinúmque ſacellũ, *New:Jerusalem* cognomento, poſſideant etiamnum me latet; hoc certis auctõribus didici A. R. Exmiúmque Dominum Gerhardum à Venhoven, quinquennalem Syriæ Urbisq̃ Hieroſolymæ incolam, ſancti ſepulchri equitẽ, varijs Palæſtinæ Reliquijs, Novum iſtud ſacellum ad Ideam ſacri ſepulchri à ſe erectum dotãſſe; inſigni provincialium pietatis guſtu & accuſſu. *Ex eius Sacelli Diario.*

S E P T E M B E R.

IV.

COlonia Agrippina & Collegiata B. Virginis Mariæ Reſſenſis, Eccleſia quotannis colit feſtivè Irmgardim, ſeu vt alij Irmtrudim, quarum duas fuiſſe, varij ſentiunt Auctores. Harum priorem A. C. 1010. Eccleſiæ Reſſenſis Collegiatæ fundamenta ieciſſe Annonẽ Comitẽ Daſſeliũ præpoſitum Goſlarienſem, & Epiſcopum Colonienſem eandẽ A. C. M. XI. abſolutam dedicãſſe, eiúſque privilegia diplomate ſuo docent confirmãſſe. Alteram volunt in Necrologio S. Pantaleonis, Irmtrudem vocari, & Hermanni

Hermanni humilis A. C. 982. in nonum S. Ab-
 batis Pantaleonis electi sororem fuisse, & patre
 orbatum Aspelium Castrum vulgò *Aspell*, &
 Resseuse Oppidum Ecclesiæ Coloniensi; *Such-
 telenum* verò Conuentui Pantaleoneo legasse;
 & ab anno 1070. ter Romam peregrinabunda
 inuifit. & ut fama constans narrat, quoties ex
 Vrbe rediret, toties campanas suapte impulsas
 adventum meritâque eius indicasse. Addit scri-
 ptorū nonnemo, illam secundâ in peregrinatio-
 ne cum Pontifici Chirothecam, terrâ ex Cœ-
 meterio XI. mille Virginum plenam obtulisset,
 Caput S. Sylvestri ab eo obtinuisse, illudque ab
 Heriberto Præsule Agrippinensium infinito po-
 puli plausu ac veneratione, publicâ supplicati-
 one honoratum: demum in Hospitali. *Hæc*
portz à se ædificato annis, meritis, virtutibus-
 que plenam extremum diem, iuxta Ioannem
 Molanum 4. Septembris, clausisse, iuxta Ne-
 crologium Cradepolij in Catalogo Episcopo-
 rum Coloniensium 4. Idus Novembris, in quo
 non immeritò sentit hanc cum primâ eandem
 esse, nec distinctam videri Irmgardim ab Irm-
 trude. Maiorū quoque traditione non inter-
 ruptâ circumfertur, illam manibus suis nobile

S 3

illud

illud & prodigiosæ magnitudinis Quadragesimalium velum Collegiatae B. Virginis Resensis vtriusque testamenti Biblicis figuris insigne confecisse. Hoc indubitatum, rerum Divinarum contemplatione, assiduis jeunijs, vigilijs, precibus, ac magnæ Matris principe studio excelluisse, eique Resense templum erexisse, ut dubium non sit hanc Irmtrudim Virginis ductu cæli templa intrasse. Sexus sui miraculum, vtriusque exemplum. Cradepolius, Necrologium S. Pantaleonis.

V.

IOANNI primo eius nominis, Duci autem CLIVIAE II. A. C. 1418. 16. Ianuarij Clivis nato *Belli nomen vel à vestitu Gallico, campanulis seu bellis argenteis tinniente, vel à facie naturâ modestiâque decorâ adhæsit.* A PATRE ADOLPHO proventioris iam ætatis *Susatensi bello præficitur, indonato, quòd THEODORVS Mærsanus Coloniensum Archiepiscopus Susatum Urbem ADOLPHO clientelarem armis repetere & sui Iuris facere moliretur; quam IOANNES omnibus ad obsidionem sustinendam dispositis ingressus THEODORICI arma intrepidè expectavit. Singulis belli præfectis stationibus distributis, ipse Budæam sibi portam tuendam reservavit*

servavit. Hostem ubi profundâ nocte adesse sensit, suos ad signa vocatos perbrevis, sed efficaci oratione ad fortiter agendum animat: Vrbes nempe non murorum, sed virorum robore propugnandas; neque THEODORICI *triginta, quâ Principum, quâ Comitum auxiliarijs copijs auctû exercitum* ab ipsis formidandum, loco utpotè *animis, ac iustâ causâ superioribus: Mari turbato nauclerum; periculo extremo militem dignosci.* Cælo albescente THEODORVS quinque castella terrea; turres totidem è cespite, ne quâ IOANNES perirumpere, facienda curat; neque segnior IOANNES munimenta madore infirmata, quâ moenium fossæ vadossæ erant, sudibus palissue munit. Neque diu cunctatus THEODORICVS arma suis, & assultum imperat, quo nocte totâ scalis admotis, inter missiles ignes, omnique telorum imbre frustra continuato, prædiariorum virtuti cedere primâ luce Archipræsul est coactus; sed clade suorum irritatus; novis animis nocte in sequente eundem (haud dissimili eventu) instauravit, Oppidanis Saxa, piceas sphaeras, coronas calcem ardentem, alvearia apium fumo irritata, in oppugnantes confertim mittentibus. THEODORICVS fortunâ suorum & clade territus militem

litem ad ultiores insultus invitum conspicatus
 obsidione solutâ IOANNI Monomachiam offert; qui
 renunciari iussit *Alexandrum cum Alexandro, Ioan-*
nē militem cum milite, non cum Clerico unctōque Domini
ex decoro concurrere. Quo militari sarcasmo, ex bel-
 li more sublata monomachia est, milēsque obsidio-
 nis laboribus fractus, Ducis imperio corpora
 diebus aliquot curavit, & militiæ Præfectis
 IOANNES epulum ac munera (fide eorum ac for-
 titudine collaudatâ) dedit, quibus alacriores
 redditi officiales (ut inter amicos & scyphos
 fieri amat) censent discedentis hostis tergum
 premendum. Ioannes verò gnarus non consilio
 minùs quàm gladio bellum geri, negavit mili-
 tem acri obsidione & oppugnatione vel fatiga-
 tum, vel faucium haud magnâ spoliorum spe
 callidis hostium insidijs temerè exponendum,
 Veteris illius memor esse, *vbi damnum, quàm lucrum*
facere præstet. Ducis prudenti consilio acquie-
 vère vniverſi; triduōque ex præſidijs, novis au-
 cti copijs Theodoricianos ex belli ordine infe-
 quuntur: legionem quisque suam tribunus, cen-
 turio cohortem præcedebant, signa ferebantur
 explicata cū frequenti tympanorum pulsu: censa
 peditum plurâ milliâ egregiâ sanè manus seu
 corpora

seu corpora spectâres, seu arma, maiôrque in equi-
 tibus & numerus & armorum splendor. In quos
 THEODORICO foederati Tremonienles Nassou-
 uio Comite ac Præposito Bonnenli ductore nul-
 lo ordine incurrentes, ex insidijs â fronte tergô-
 que cincti, insigni clade aut cæsi aut capti sunt,
 gravîq; lytro redempti. Quâ partâ Victoriâ Clivii
 per Surlandiam, Angariam, vicinâque Provin-
 ciam omnem infesta signa circumtulerunt, cun-
 cta ferro ac flammâ nullo sacri profanîq; discri-
 mine captâ Kallenhardiâ, pervastârunt, *Wer-
 lâsq;e* ipsas solidâ vi & multo sanguine (præsidia-
 rijs deletis) expugnant. Quâ bellorum tempestate
 obrutus THEODORICVS ad omnia vigil, fortunam
 suam inclinatâ &, fatis vrgentibus, nihil hucusq;
 consilia sua profuisse sentiens, CUSANO NICOLAI
*Pontificis Legato & Arbitro pacem æquis conditi-
 onibus A.C. 1449* obtinuit: nisi quod *Tremonienles*
 nuper â excursiõe damna vrbi suæ illata vindicare
 cupidi, primis tenebris ingentib? animis egressi,
*Clivios Marcanôs*q; in *Brachelio* pago castra meta-
 tos, in altam usque noctem diu paribus animis &
 armis certando aggressi, vitâ, armis, signis iterum
 exuti, exemplo suo docuêre bellum consilio poti-
 ûs, quâm impetu geri. Postridie *Marcani* spo-
 lijs

T

lijs

lijs onusti, *Vnnensi* in templo versibus hisce adiectis signa triumphantes affixere:

In *Brachell Vnnenses* Sagittant *Tremonenses*,
 Qui reluctantes & eis mala vulnera dantes,
 Et quoque qui fugerant pelicea multa dederunt.

Ad bella eius alia septem fortunatè gesta pro dignitate celebranda integro volumine opus foret; Heymericium consulat, qui scire illa penitiùs volet; ego *Leonem ex ungue* (institutæ brevitatis memor) ostendero, si *CAROLVM Audacem*, ævo suo *Martis fulmen*, ita multorū añorum locia *IOANNIS arma probâsse* addidero quòd pro opera fidelissimè navatà ipsi A. C. 1473. 2. Augusti, *Gochiam, Duiffliam, Wachtendonckam, Lobitū, Nærgenam, Præfecturam Eltinensem cum Jure Angelicæ Parochiæ. & Embricensi Iurisdictione ad domum usque Kemnade hereditariè possidenda concesserit.* Eo belli motu posito A. C. 1450. singulari recepto illius seculi more *Palastinã* (nemine suorū conscio aut sentiente) *petijt* sex itineris socijs adlectis, *Ioanne ab Alpen, Gosvino Ketteler, Ioanne à Loe, Matthia ab Eill, Helmichio Bentina, Bernhardo Buchs* suo *Sacellano.* A *Duce Senatùque VENETO honorificè exceptus ipsa Pentecostes mare ingressus, intra mensem secundis velis Joppen delatus, submissis genibus*

nibus, oculis manibúsq; cælum versus elevatis, humū CHRISTI sacris vestigijs signatam, unà cum Socijs osculo appresso salutavit. Inde peregrinabundus Hierosolymas aliàq; Christi Monumentis clara loca ad sexaginta pluráque milliaria invisit, à Domino de Crequi Eques SS. SEPVLCHRI renunciatus, quâ dignitate auctus IOANNES, ipse itineris Comites simili honore affecit; ac per Cyprum, Rhodum, Candiam, Neapolim, Romam, cum iisdem reversus, NICOLA O Pontifice ibidem salutato Bruxellas Avunculum visitaturus adiit, à quo lautè benevolèque tractatus, Cliviam demum suam ingressus à Matre, Sorore, Patriâque universâ solitis & insolitis lætitijs signis exceptus est. Captâ mentium aliquot quiete, Matris potissimum consilij A. C. 1455. 27 Martij ELISABETHAM IOANNIS Burgundi & Niverfi unicam Filiam duxit, ex quâ IOANNEM, ADOLPHVM, THEODORICVM, PHILIPPVM, ANNAM habuit DUCES famâ & virtute deinde magnos. Urbium, Dynastiarum, Arcium, catalogum ab eodem acquisitarum hic non addo, satis erit indicâsse, A. C. 1444. ab illo susatum, & quinquennio post Sanctenam Clivie adiectam, plurimôsque equestri ordinis Viros (paterno eius affectu captos) arces suas & castra

(homagio præstito) in feuda sponte ipsi obtulisse.

Politico statu firmato Ecclesiasticum quoque formandum sibi putavit; proinde Wertbimiam in Marchia, Hagenbuschum in Clivia, Kendorpium ad Hammonam, plurimâque per Cliviam loca impetratis ab Ordinario Commissarijs reformavit, variisque privilegijs auxit. A. C. 1414. Calcarix R. R. Patribus ex Familia S. Dominici, Wesalia Domui Fratrum, & Veteris Campi Abbatie varias immunitates concessit. Nobilis Collegiata Wischelenfis, Conventuumque Stockumensis, Camensis, Embricensis, vetera privilegia eodem anno ritè confirmavit; Vdemij Domini Henrici Raescopij Sanctæ MARIÆ apud Traiectenses Prepositi bono, in primis studiosorum, Patrumque Vallis Gratie A. C. 1456. erectam foundationem publico diplomate ratam habuit. SANCTIS invictissimi Martyris VICTORIS Translationi cū universâ nobilitate IOANNE, PHILIPPO, ENGELBERTO Filijs PRINCIPIBUS & infiniti populi accurrentis ædificatione stipatus interfuit. Eam Festivitatem Heymericius Sanctensium Decanus & Wilhelmus Cusenus studij Calcaricnsis Rector, ambo plurimæ lectionis ac reconditæ literaturæ Viri, prior soluto, posterior ligato stylo celebrârunt

celebrârunt. Ex innumero Apophthegmatū eius numero eximia aliquot & paucula produco:

Fortè â *Cognati sanguinis Duce* rogatus cur ipse subditis suis in vilis, IOANNES VERÒ in deliciis eisdem foret; *id totum ab eius regendi impetu nasci IOANNES demonstrabat*; timor enim temperatus cobibet, inquit; *assiduus & acer in vindictam provocat; homo namque animal est tectum, callidum & vafrum; neque unius facile mente regendum. Ut sane maius quiddam sit imperare, quàm imperiti suspiciatur!* proinde Regentes videant necesse est, ne legibus fundata *Communitas, multiplicatis legibus laboret, aut evertatur: quòd seruum subditi seruitium indecorum nimis ducant, mansuetudini & misericordie universi obtemperent. Apage sis & exulet, reponit ille, noxia tua ista clementia; bonis nocet, qui malis parcit; uno subinde mandato supplicioq; corrigendis. Ad que modestè Ioannes, sanguinem, inquit, fundere vereor, cuius nec unicam quidem guttulam formare queo: sepius ad cor fontium turba; at cruor semel effusus nunquam reverti potest. Ut Principibus sepius puniendi ardor, quàm indulgens & lentus terror obsit. Sape qui ratione non poterant, tempore sanati sunt. Hinc cuidam præfecto suo subditos severiùs tractanti imgeribat, velle se sibi subiectos amore duci potius quàm*

*timore cogi: summumque gradum malitia esse pra se
ferre Iustitiam, & non esse justum: nec maiorem esse
pestem inter hominum vitia, quam illorum, qui quan-
tò magis fallunt, tantò meliores haberi, & malitiam
voluntate ac mandato Dominorum suorum te-
gere procurant, quibus in aulis vulgatum illud
Arabum adagium notissimum. Omne malum
fieri in Nomine Domini. Frequenter Palatinos
suos monebat ut mansuetè absque passione sub-
ditos tractarent, blandi quid obiurgationibus ad-
miscendo; quòd facilius verba, accipiantur quae molli,
quam quae asperà ambulent viâ; ac diuturnū sit, quod
persuaseris; fluxū, quod coegeris. Hortabatur praecipue ut
omnia Videntis & Vindicantis Dei oculū formidarent:
cuius sancti timoris plena erat familiaris ei &
à se collecta, perque provincias celebrata, oratio:*

O *Æterne DEVS & Pater mi, hinc tanquam
peregrinus vivo ac versor, idcirco ex isto cor-
pore liberari à te cum gaudio desidero, tuòque con-
spectu in caelis frui: Tu ergo move, & calefac fri-
gidam hanc animam, ut nihil praeter te unum amem
& coiam, unicum cordis mei desiderium, & solatium!
Effice praeterea ut aspectabili hoc mundo contempto,
ad invisibile illud ac caeleste gaudium totus anhelem.*

Quibus in pietatis exercitijs annorum 74.

Dux

Dux asthmae immodicæ famis morbo podagra (quam nature sue coniugem dicebat) afflictus, miris patientiæ documentis illustri 5. Septembris A: C. 1482. totâ mente DEO affixus novissimum æternitatis iter, cælumque ingressus est, ubi quod contristet, nihil interveniet; nihil deerit, quod lætificet. Cum ELISABETHA rara & exquisitissima virtutis femina in Clivorum Collegiatâ, consveto Ducum more, depositus. A fato vates Caballinus hoc illum ornat Elogio:

IOANNES Viridi Princeps animosus in ævo,
 Pro seniore tulit fortiter arma Patre.
 Tum pietatis amans Syria loca sacra petivit
 Et Christi ad Tumulum sumpsit Equestre Decus.

VII.

IN Iulia silvâ Altenbouensi, Virginumq; S. GEORGIJ Monasterio, Ordinis Cisterciensis B. REGINÆ, cuius ibidem Sacri cineres in pretio sunt; que suo exemplo plures pariens Virgines & has, & nunquam morituram posteritatem miracula post se reliquit. Fast: Gelen.

X.

Dusseldorpij in Aulico sacrario gloriosa pugna Illustrissime Comitisse MAGDALENÆ Iaponia, que flammis pro Christo addicta, palo alligata

*gata, subiectis undique sarmentis ad Nangasachium
A. C. M. DC. XXII. cum alijs eiusdem sanguinis
& sexûs ac IX. è Societate IESV, quorum ca-
put P. CAROLVS Spinola, lento potius igne to-
sta, quàm cremata est. DIGITVS orystillinâ
bierotheca inclusus, hodie publicæ venerationi
aulico in Altari exponitur.*

X.

IN Bergico Ducatu, Veteris Montis Cœnobio An-
niuerlarium agunt B. ADOLPHI Comitis Al-
tenani, qui opes quoque, & cetera malorum
incitamenta sine gemitu abdicauit & iam alius
a se ipso luculentâ hereditate locum istum iu-
visset, exclamabat: *Domine, nihil habeo nisi sangui-
nem & me ipsum, quem tibi do. Tu te mihi: ego me tibi*
Hinc sapientia orandi, ac lacrimarum dono
fuit excellens, *sive cum Deo, sive de Deo loqueretur Ei-
dem singularis sanctimonix opinione, obitâ mor-
te coniunctus est.* Ex Necrologio.

XII.

IN Werthimia Insula, Rura Transrhenana, B.
GERFRIDI Monasteriensiam secundi Episcopi,
qui spiritu Apostolico nobilissimam illam &
populosam Gentem Christianâ lege, lucéque
jllusta-

Illustravit, & proceres cōplures, tam ibi, quàm alibi
Christi Vexillo subiecit. Quibus laboribus immor-
 tuus Prouinciam & Cælum Nominis sui cele-
 britate implevit.

XIV.

Wulfradij, & ad Indam fluvium, SS. COR-
 NELII, & CYPRIANI: quorum prior, dum
 Martis simulachro sacrificare reuult, & *Corpora*
Apostolorum PETRI & PAULI è Catacumbis in
 opportuniorem locum honorificè collocat, tan-
 quam de maiestate reus, *Caput illi Romæ abscissum*
est: Posterior, CYPRIANVS Rhetorum diser-
 tissimus, Carthagiensis etiam creatus Episcopus
 ac plurimis pro religione sudoribus inclytus
 prosperè laboravit, glorioso agone, abscisso
 deinde capite triumphavit sub Valeriano &
 Galieno Principibus, *persecutione octaua eodem*
die, quo Romæ CORNELIVS, sed non eodem
 anno, *Gemina Christianitatis & Cali Sidera. Can.*
Mart. & Brev. Roman.

XIV.

In *Praefectura Nerueniobiana, Premonstratensis in-*
stituti Coenobio ELLEN, milliari infra Marco-
 durum, alterius cuiusdam *expositio Crucis, pre-*

V

segmen

segmen inter navis onera, in mare tempestuosum cum pyxide eiectum, inter medios fluctus, sine latore eò miraculosè translatum est, guttà SANGVINIS CHRISTI mirabiliter & hodie Signatum. Ex sacratio eius loci.

XIV.

IN Montensi Ducatu, præfecturâ Levenburgicâ Pago Rodenkirchen duabus super Coloniam Agrippinam leucis Festum S. MATERNI Trevirensium, Tungerensium, Coloniensium Episcopi, cuius Viscera istic quiescentia, XIV. dierum visitatione populus Coloniensis (secundum faciem Sanctorum iucundus) constanter, unâ cum vicinis accolis celebrat. Vitam huius Episcopi planè admirandam visum est probatissimorum auctorum potiùs; quàm meo calamo legentium oculis exponere vt debitus S. MATERNO constet honos.

Ad genus & eius sanguinem quod attinet, est qui credat fuisse *Filium Viduæ in Naim*, quem *Christus Servator optimus* in ipsa Civitatis, portâ (è qua scilicet efferebatur ad tumulum) & vitæ & matri mœstissimæ reddidit. sit penes auctorem fides, venerandæ & longævæ Antiquitati multa tribuenda.

PETRVM

PETRUM verò ad Christianitatis arcem Romanam sequutus, cum *is* quaquaversum ex ea milites ad *Evangelium gentibus inferendum dimitteret*, intra tres horas EUCHARIUM Episcopum, VALERIVM Diaconum, & MATERNVM Hypodiaconum ad Treviros & omnem Germaniam inferiorem emisit, sub annum à Virginis Partu quinquagesimum secundum. ELEGIÆ (oppidulum est in Vangionibus) MATERNVS ardenti feбри correptus & confectus terræque a socijs mandatus fato suo sodalibus ad PETRUM redeundi ansam dedit, qui baculo suo *ijs tradito, magnâ spe socium resuscitandi factâ, redire viâ, quâ venerant iussit*, & quadagesimo ab MATERNI obitu die imposito *Cadavari Baculo* ad vitam, atque adeò ad susceptam Evangelii propagationem IESV CHRISTI revocârunt, prodigio à seculis vix audito.

Exinde *Trevirensẽ Ecclesiam* instituit rexitque EUCHARIVS annos *viginti tres*; tum eo vitâ functo, VALERIVS. Denique & hoc sublato MATERNVS, sub annum à nato Christo nonagesimum, qui pro eo, quo erat animarum Zelo, etiam excurrit ad *Vbios & Tungros*, quas Ecclesias fundavit & sanctissimè gubernavit annis omnino triginta.

V 2

Cum

Cum verò *Treviros, Tungros, Coloniam* pius *Praeful* simul regeret, ne cui deesset, uno, eodémque *Natalis Domini die, Treviris Primam* sub mediam noctem; *Secundam Coloniae* sub auroram; *Tertiam Tungris* sub meridiem (ad hoc *Angelicâ* manu, ab uno loco in alium deportatus) *Missam & Sacrorum Solemnia celebravit*, cui etiam adiecit à morte aliud prodigium.

Lis erat de Sacris illius Exuvijs, quis eas sibi tolleret: certabant *Agrippini*, apud quos discesserat, certabant & *Treviri, Tungrique*: cùmque nec hi, nec illi cederent, intervenit venerandâ specie senex (Angelus creditus est) qui controversiam huic eventui suasit permitti. *S. Pontificis* *CORPUS* imponerent *Cymbae*, quæ à littore remota si adverso *Rheno* ferretur, *Treviris* cederet victoria: *Tungris*, si secundo: at si substitisset immota, sacrum depositum *Agrippina* sibi reservaret. Placuit omnibus posita lex; & *Cymba sibi relicta, nemine impellente, in adversos fluctus Trevirensium favore, eniti coepit*, donec in *Roden* (veriùs *Ruen*) *Kirchen* immota stetit. Inde *Visceribus* priùs exemptis, & hìc ad prodigij memoriam conservandam religiosè depositis, *MATERNVS* omnium iudicio *Treviros delatus est*. Vivere inter mortales

les desijt MATERNVS *centenario maior*, A. D. 130. *Cuius doctrinâ & meritis, tres illæ Ecclesie ita firmatæ sunt vt nunquam in fide dubiæ, aut recidivæ, de hæresi semper triumphârint. ita Annales Treviri, Tongri & Colonienſes, & copiosè (de his Episcopatibus & serenissimâ Iuliæ Domino) bene merito suo calamo in Leodiensî Gloria P. Jacobus Lobbetius.* XV.

B. LVTHARDVS, sub *Imp: LOTHARIO, LVDOVICO II. CAROLO CALVO & LVDOVICO III. Cliuia Comes*, non parentum minùs, quàm propriâ gloriâ clarus fuit. Quam paulò altiùs repetere operæ pretium erit. *Parentes habuit LVTHARDVS EBERHARDVM BALDERICI octavi Cliuia Comitis Filium; Matrem BERTHAM LVDOVICI Bavaria Ducis Filiam, quos nescias an propriâ an alienâ potiùs, filiorum LVTHARDI, & BERENGARII Tullensis Episcopi virtute sint commendandi, ut iure illud sapientis in illos cadere videatur: gloria Patrum gloria Filiorum; & vice versâ horum gloriâ Parentum alatur.* Quod Novesiensî in templo, vetustissimum erectum monumentum hodie dum totidem lineis apicibusque testatur: Anno Christi 825. Indictione 3. EBERHARDVS Comes & BERTHA Vxor

eius nobilis matrona, LUDOVICI Bavari ut dictum est, filia, nec non LVTHARDVS Comes Clivensis & BERENGARIUS Episcopus Tullensis eorundem filij duas Congregationes Ecclesiarum, unam in Wischbell, alteram Novesij, Canonorum & Canonissarum sub GVNTHERO Archiepiscopo Coloniensi ac LUDOVICO Romanorum Imperatore, CAROLI Magni ex LUDOVICO pronepote fundârunt; vnde laudabilis ille horum Collegiorum mos profluxit, ut mutuas Ecclesias transeuntes præsentijs gaudeant. EBERHARDVS verò hic anno regiminis nono sanctè ut vixit, ita & in fata concessit, A. C. 835, in templo Novesiano & Collegio S. QUIRINI, à se fundato tumulum, ad S. CRUCIS altare reperit, de quo in Tetrastichis ita Streithagerus.

Felix ante alios felix EBERHARDE parentes;

Et meritò Musis commemorande meis.

Te genuisse tuæ satis ad Præconia famæ est;

Et verò tantos, te genuisse Viros;

Parente defuncto, ad extremam usque senectam, abstinentiâ, castimoniâ, patientiâ, reliquisq; virtutibus ita omnibus præluxit, vt passim religiosus audiret, quâ vitæ innocentiam (ut Pigi- us affirmat) promeritus est affinitate stirpis
CAROLI

CAROLI MAGNI & Domûs Cæsareæ decorari ac ARNVLPHI *Imperatoris Filiam* BERTHAM *feminam aequè piam in Vxorem accipere, ex eâque* BALDRICIVM *SUCCESSOREM & SIGFRIDVM virtutum suarû ex asse heredes, relinquere.* LVTHARDVS *verò Abbatia Effendiensi Illustrium Virginum cum ALERIDO IV. Hildesheimensi Episcopo anno 887. & Monasterio in Salenstatt A. D. 877. fundatis, post 44. annorum Imperium A. C. 881. in fata concessit, à morte albo Sanctorum adscriptus; CAPVT eius Ecclesia B. Virginis ab ipso erecta, debitâ veneratione asservat; ut testatur in Martyrologio suo Ioannes Molanus, docens in XV. Septembris festivam eius lucem incidere. Vitâ eius Lovanij Rhythmico, & à Ioanne Melas Clivenfi, metro eleganti typis exscripta est.*

XV.

Publicus cultus S. LUDMILLÆ *Martyris, & Ducissæ Bohemiæ, Ania S. WENZESLAI Martyris, & Educatricis piissima. Hæc Pragæ artibus & iussu nurûs Drachomiræ, Martyrio fortissimè cecidit. Scilicet ut & claudi ad illius Mausoleum resurgerent.*

XV.

Triumphat hoc die B. LOTHARIUS LVDOVICI

DOVICI PII Filius & eiusdem è purgatorijs flammis
XXXIV. anno ab obitu Patris, Redemptor; ac ex
IMPERATORE Romano modestissimus in Prumiensè
MONASTERIO MONACHVS; cui potius nihil
erat, quàm Vitam universam in DEI unius obsequio
ponere. Ex Mart. SS.

XIX.

ADOLPHVS primus Cliviæ Dux totius pro-
pè Europæ sensu Prudens Victoriosusque ha-
bitus, A. C. 1373. Clivis ADOLPHO MARCA-
NO & MARGARITA MONTANA Parentibus na-
tus; horum præcipuâ curâ ad omnem Virtutum Mo-
rûmque elegantiam educatus anno 1399. ROBERTO
Comitis Palatini Bavariæq; Electoris Filiam AGNE-
TEM brevi defunctam; & haud longo inter-
vallo IOANNIS INTREPIDI, Ducis Burgundiæ Filiam
MARIAM duxit, plurimarum virtutum divitiarum-
que Ducem, que Winendalium illi Dominium & tres
Filios IOANNEM, ADOLPHVM, ENGELBERTVM, tri-
ennio non integro Principes tulit, Filiâsque plures.
Sed ut nulla nobis Calum bona vendit, nisi ad pon-
dus alicuius adversitatis, proprio Avunculo Duce
Montano WILHELMO ob dotem MARGARITÆ
Matri, contra pacta connubialia, etiam iurata
negatam

negatam bellum indicere coactus est: ac cum præstare sciret sine bello potius sua repetere pacemque colere, quam dubio Marti sua committere; quâ potuit viâ amicabili dotem *Matris ducisse* postulavit; arma verò dum (æquissimis suis postulatis neglectis) in se cudi non obscure sentiret, milite contracto, vim vi repellere parat. & quia gratâ auctoritate apud externos, gratiâ apud suos valebat, opinione celerius, hosti alienis auxilijs etiam potentissimo iustum exercitum opposuit. Belli aleam WILHELMVS iecit, captisq; aliquot infirmis *Clivia oppidulis* ad *Lupia fontes* confedit; ac *Rheno* postridie transmissis ad *Vetera* seu *Variburgum* biduo castra metatus est, inde omni cum exercitu *Cliviopolim* movit. Id ubi ADOLPHVS ab exploratoribus didicit uti erat in actionibus suis præcellens, ad arma suos convocare imperat, non numero quidem, sed animo (& quod caput est) causa melior. Hostis interea armorum strepitu omnia complevit, *Silvâ*que *Clivia* cæduam vulgò *Opgenbarv* insedit. Cuius adventu *Adolphus* celsissimi animi Princeps, minimè territus victoriam in celeritate positam ratus, totâ nocte arma, quæ ad confli-gendum vsui forent, præparat. Illucescente cæ-

lo Tribunos, Centuriones, Præfectos, milites omnes tam sacris quàm profanis munitos armis consuetæ militiæ ritu, unà cum *Fratre THEODORICO, FRIDERICO & Morfano Comite* in ordines aciei que formam (Hoste vix sentiente) instruit. Et quia *auctoritas Principi ad dicendum rudi pro facundia est*, suos ad constanter fortitèrque agendum, potenter animat, monens ne ut galeati lepores, animum in lingua, & in pedibus fiduciam, sed in lacertis ponerent. Neq; segnior **WILHELMVS** incredibili celeritate legiones educit, pugnandi copiam numerosis suis copijs facit; telumque in hostem prior mittit, **MARGARITA** *sorore* è turri cygnea anxiam prælium inspectante. Pugnatum horis aliquot, Marte planè dubio, donec *Clivij* numero inferiores cedere visi sunt, quos inter glandium & telorum imbres (nomine **DEI** invocato) nil metuens **ADOLPHVS** ut pede pes, viròque vir staret monuit; & *Wesaliensium* opportunis auxilijs firmatus, aciem eò usque restituit, donec *Wesalijs* pugnandi copia fieret, qui pro *insitâ suâ generosâ indole* hostem iustâ horâ aggressi, Leoninâ ferociâ certantes, victoriâ potiti sunt, & *spolijs immortalique nominis sui gloria divites*, ovantes *Wesaliam* sunt reversi. Eo in prælio

prælio 7. Iulij capti *Princeps* **GUILIELMVS Montium**
Dux, bellifax & auctor; **REINHOLDVS WILHELM**
MI Geldria & Iulia Ducis Frater; *Comites quatuor;*
Nobiles sexcenti in potestatem Victorum redacti;
equorū duo facile millia sub hasta vendita, hostiū ve-
rò tormenta, impedimenta capta uniuersa. Ceteris fu-
 gatis **ADOLPHVS** gratulationibus suorum con-
 fertim oppressus, communis benevolentia officia,
 non hilariùs quàm modestiùs admisit, *suâ cuique*
laboris operæque laude, in tantis tam dubiæ & la-
 boriosæ pugnae molestijs assignatâ, & pro suâ in
Deum veneratione festos ignes aliâmq; publicæ
 lætitiæ significationē fieri antè vetuit, quàm **DEO**
præcipuo **VICTORIÆ** Auctori, in summa æde
postridie esset litatum. Sacri Cæremoniâ peractâ, tem-
 pli turris, sub noctem, accensis innumeris pro-
 pè laternis ignibusque, vel ex ipsa *Batavia* ar-
 dere visa. Vrbs totâ facibus, piceatisque dolijs
 luxit, tum machinæ, tympana, tubæ, semel ite-
 rùm tertiùmque sonuere. Spectaculum verò fu-
 it longè pulcherrimum *Corona perpetuis collucens*
ignibus, quam **ADOLPHVS** hastis stramine, faci-
 busque prefixis à milite iusserat confertim per
 murorū vicinorūmq; collium orbem stipa-
 ri incendi que intermicantibus quoque fistula-

rum flammulis, quæ eminus stellarum subito fulgentium, evanescentiumque speciem referebant Erepta interea Hosti *signa summâ Clivensium in ade DEO exercituum* oblata suspensaque sunt; & *Ambrosiano Hymno festivè decantato*, capta quies est. A ludicris autem ad seria ADOLPHVS digressus victoriâque utendum ratus a WILHELMO *Montensium Duce*, præter *Cæsaris Insule, Zinzigij, Reomagi renuntiationem, teloniorum etiam ad Ruram & Rhenum subditis suis perpetuam plenâq; immunitatem* extorsit; REINHOLDVVS *Gelder Embricam cum adiacentibus Insulis Limarsie, Hetterie Dominijs, Lytri loco solvcre coactus est.* IOANNES *Hinsbergius Gennepæ medietatem, SIMON Salmensis Ravensteinium ADOLPHO cedere compulsus*, reliquisque captivis multa æris summa imperata fuit. Quo belli nervo auctus, iusta piâque arma A. 1403. in ADOLPHVM WILHELMII *primi Montium Ducis Filium* movit, qui orbe & cælo iure indignantibus Parentem WILHELMVM *Novimontiâ in arce captum probrosè detinebat.* WILHELMVM præsidiariorum cæde, arce expugnatâ in libertatem asseruit. Quâ de victoriâ congratulationes non admisit, *quod luctuosum duceret Christianos, ac vel maximè suos vincere.*

A. 1408

A. 1408. unà cum ALBERTO Comite Holl. n. die 22. septimanis GORCOMIVM obsessum imperata facere coëgit. año in sequente Leodiensium Praesuli auxilio fuit, Comitèmq; Solmaum ab OTTONE de Hoya Monast. Episcopo iniquo carcere Steinfurti inclusum vinculis exemit; Ottensteinniam arcem HOYA fugato, obsidione liberavit; & Delbrugios populos robore feroces auxiliisque alienis superbos varijs incursionibus fractos, leges Principis sui accipere compulit. Castra quoq; Dynastarum de Ghemen, Bredensfort naturà, manu, presidioq; firma expugnavit, Soceròque IOANNI Burgundo contra Galliarum Regem ita feliciter fortiterque armis sociatis astitit, ut gestarum eius glorià captus Imperator SIGISMUNDVS A. C. 1471. 3. May, in celebri Constantiensi Concilio primum CLIVIÆ DUCEM solemnè ritu creàrit; quem dum unà cum Imperij Proceribus epulo Casare Principibusque digno exciperet, Casar modesto eius familiarique viso vestitu rogat e. cum lautiori in fortuna lautiori veste non uteretur, NON aliam causam dedit, quàm se a teneris edoctum virtutem, non vestitum militem virumque bonum facere. Ecquem ergo, urget Casar, tu militem censes; illum qui non tam ante periculum velox, quàm in eodem, inquit, intrepidus est. Responso delectatus Imperator

instat, Et quem virum bonum estimaret; illum subdit
 Dux, qui se se & alios rectè à ratione iustèque gubernat; ac
 malle bubulcum se, quàm principem agere, si subditis
 ex ratione & iustitia, non posset assistere. Ea itaque pru-
 dentia significatione SIGISMUNDO Imperiòque per-
 quam charus, Cliviam suam incredibili subditorum
 sensu & applausu repetijt, pro iucundo introitu
 Nobilitati, Urbibus, Ecclesiasticis, ut munifi-
 cus pater indulta, immunitates, privilegiàque
 concedens, ab Heimericio calamo, de Clivia op-
 timè merito sigillatim expressa. Ego ad opera
 eius quàm Politica, quàm Ecclesiastica propero. Politi-
 ca sunt turrium altæ Clivensis Cygneæ, Schwanz-
 nenthurn/ dictæ; & alterius, in qua ducatus ci-
 melia custodiuntur, monumenta. Arcium quo-
 que Gritheusen, Huissen, Zevenaër, Isselburg, Wesell,
 Dingslaken, Rhurobrt, Orsavv, Winnendal, Burich,
 Vdeheim, Scraveler, Sonsbeck, Keruenheim, Altenau,
 Wertheim, operosas substructiones suis impendi-
 js (non ex provincialium sudore sangvinè-
 que) exstruxit. Vdenheimum A. C. 1414. Cran-
 nenburgum A. 1417. & annis insequentibus Sche-
 rembecam, Isselburgum, muris, turribus, vallis, fos-
 sis cinxit, & patriam universam terreis Loricis seu
 aggeribus, vulgò Landicken, circumscripsit; In li-
 mitaneis

mitaneis verò oris Receptibus, *Rodentis Warten* (vt vocant) firmavit.

In *Sacris* meritò recensentur *Monasterium Regularium* prope *Ringelbergam* A. 1438. in *Valle pacis* constitutum; nunc RR. Patrum *Crucigerorum*, quorum solerti curâ triginta annorum *Germanie bellis*, Dei beneficio intactum, integrumq; etiamnum perseverat. In censum quoq; veniunt in vniverfis ferè *Clivia* vrbibus *pauperularum sororum Monialiũ*, nec non pro emeritis aule Ministris erecta *Domicilia*. Accedit plurimorum facellorum in *Parochiales* eius liberalitate celebratâ mutatio: potissimum *Zephelicensis Collegiata*, *Eugenij 4. Pontificis Romani consensu* A. 1436. ad *Crannenburgensem* (*Thaumaturgâ* *Cruce* celebrem *Ecclesiam*) translatio.

Coronidis loco addenda (ad *Wesaliam* belli iniurijs *Rhenique alluvionibus* patrũ ferme memoriâ excisa) fundata *Carthusia Gravia*, Sanctos nunc translata, ad quam erigendam *Dux Adolphus* cum laterum, calcis, lignorumque copiosam vim coacervâisset, *Consiliarijs* propositi ignaris, ac illo *Cassiano* cui bono rogantibus, se parasitorum, lenonum, adulterorum, omnisque generis impostorum (non sine panico interrogantium metu) carcerem ergastulis distinctum

distinctum, ibidem conditurum respondit: Hos
 verò postmodum Carthusianorum cellulas apta-
 ri conspiciatos & ingentes eos sumptus, *Princi-
 pi Patriæque* nihil, aut parum emolumentum alla-
 turos, Adolpho regerentes sapientissimâ hâc
 voce, ora ipsorum obturavit: *Si vos ô amici panum,
 aut carniû micas pauperibus, spe mercedis à DEO
 consequenda promptè largimini, an non ego iure longè
 potiori ad alendas sanctas Religiosorum animas hîc
 successivè perpetuò habitaturas pro me, meis ac du-
 catu hoc assiduè apud DEVM interpellaturas ista
 conferam? maximè cum non tam accipientibus
 quàm dantibus eleemosyna profit. Cui piissimè
 Ducis Voci, cum præter ruborem non esset quod
 reponerent, acquievère. Ex quibus videt, qui
 non videt, ADOLPHVM summæ religionis, pruden-
 tiæ, fortitudinis, clementiæ, temperantiæ, can-
 doris Germanici Ducẽ (imitatione dignissimum) expul-
 sisse, idèog, cane peius & angue verlipelles, vafros,
 bilingues, pseudopoliticos, qui in simulationis
 & dissimulationis puncto, fortunâ & fato pruden-
 tiæ suæ medullam constituunt; fugiebat ac de-
 testabatur. Hinc fides eius apud DEVM & ho-
 mines nunquam dubia, semper certa, semper infra-
 cta, semper integra, ut nudo suo dicto, omnia posset
 apud*

apud omnes, plusque verbis eius, quam aliorum signatis litteris, tribueretur; quod vulgares illi Cliviacâ Dialecto, per Germaniam sparsi, monumentoque eius affixi Rhythmi testantur:

Sein Ne n was n gerechtig;	Ein Prinz aller Prinzen Spigl!
Sein Jha was Jha vollmechtig.	Sein werth das war sein Sigl.
Er war seins worths gedechtig;	Seines Wuths gar unverzagt
Sein Munde sein grund einrechtig.	Wer hat ihn aufm Feld geigt?

Ementis igitur longioris ævi cursu, ætatis anno scilicet 77. Imperij 50. arthritide laborans, tabulis testamentarijs confectis, quibus præcipue cavit ut Principes filij, assignatâ a se portione contenti, lites familiarum pestes, extremè fugerent. Quibus ritè constitutis, animo excelso mundana omnia despiciens, quantâ potuit virium contentione se in nobilissimis virtutum excellarum actibus liberè exporrecto in *DEVM* pectore explicuit, sæpius altum suspirare auditus: *Mi IESV, quando venies? mi IESV fac ut amem te ita, sicut dignum est te à me amari!* Inde ad *Matrem IESV* (cuius dulcissimo nomini insignitè erat devotus) conversus frequenter illud ingeminabat, *Monstra te esse Matrem, Iter para tutum!* quo fine Helmichio Gadesdunchano Priore evocato, totius vitæ maculas animosâ confessione

Y

fessione

fessione deterfit; ac pridie ut dignè *divino se* PAVLO reficeret, jeiunium sibi indixit. Quo ipsa Teclæ deficiente indice vitæ pullu (pijsimâ eius Coniuge MARIA, Filijs, ARNOLDO Herrenbauio Priore Carthusiano astantibus) à Confessario pastus, *mi dulcissime* (inquit) IESV, ecce cum Magdalena pœnitente peccata mea gravia deploro; & cum eadem ad sacros tuos pedes abiectus veniam demissè postulo. *Eo in voto extremis doloribus obrutus suspirando IESVM & MARIAM, DIXIT, & VIXIT, Septembris 19. A. C. 1443.* In Graniensi à se fundatâ Carthusiâ, Coniugis Principum ac Patrie incredibili luctu depositus, quem à Iulio vate his versibus depictum lego:

MAIORVM titulos primus transgressus ADOLPHVS
 Illustris meruit nomen habere Ducis,
 Caussa quod & bellis gestis clarissimuseffet;
 Et sancta toto notus in orbe fide.

XXIV.

IN Ducatu Montium SIGEBERGÆS, IOANNETI Pueri & Martyris, à perfidis Iudæis odio CHRISTI eiúsque sanctæ Legis occisi: ita nemo vel citò, vel serò nimis calum ingreditur. *ExFast. Gelen.*

XXV

XXV.

HEISTERBACI venerabilis CÆSARII Prioris, viri reconditæ sanctitatis, & doctrinæ, quâ mirè asceterium illud nobilitavit. Sordebant huic iam diu omnia humana, & nauseabat mortalia; *solum Sciens Christum & hunc Crucifixum.*
Ex Mart. SS. eius Abbat.

XXVII.

ESSENDIÆ Sanctorum COSMÆ & DAMIAMI Martyrum, quorum insignes aliquot Reliquie istic quiescunt, Victoribus superi trophaum posuerunt. Ex Fast. Gelen.

XXVII.

NEOBURGI, DVSELDORPII, & reliquis per Juliam, Soc: IESV Collegijs, ultimum Officium annuè præstatur serenissimæ MAGDALENÆ Bavaria Ducissæ; serenissimi WOLFFGANGI WILHELMIGloriosæ memoriæ, Comitæ Palatini Ducis Bavaria, Julia &c. lectissimæ Coniugi. Erat Heroïna MAGDALENA, WILHELMI Boij eius nominis V. & serenissimæ RENATÆ Lotbaringie Ducissæ filia; sui contemptu, præcipuè vero charitatis æstu in DEVM pupillos, pauperes, ægros,

Y 2

admirando

admiranda Priores victu, vestitu, pecuniâ ma-
 nu effusâ: posteriores pharmacis à se præparatis
 (indulgentissimæ matris instar) fovebat, alijs
 benigna, sibi dura; utpote solita corpus suum
 cilicio reticulóque nodoso aureâ sub veste affli-
 gere, flagris cædere, somnum humi capere, in-
 ter preces, integris diebus sine cibo subsistere,
 jeiunia legibus Christianis imperata, vel ab an-
 no ætatis duodecimo ad decretoriam exitûs di-
 em usque, servare. Optabat illa ætatis florem non
 mundo, sed templis, sed aris, sed DEO in mo-
 nasterio consecrare; nisi votis *Serenissimi Pa-*
rentes, conscientia arbitri, & speratum infinitarum, per
tot nobiles, amplissimâsq; Provincias (etiam in quin-
que, divinâ benignitate Nepotibus) iam firmatum
 animarum lucrum, obstitissent. Amburbales,
 immo & remotas, ad quinque etiam Germani-
 ca Milliaria asperas peregrinationes, pro *seren-*
nissimi Coniugis, Principis dilectissimi, publicâque or-
 thodoxorum salute, *non semel pedes, gravissimè fa-*
tigata, suscepit: porrò binis quotidie sacris, Do-
 minicisque diebus, *Divinis,* etiam prolixissimis,
 maximo pietatis gustu intererat, *AMORI suo*
sub PANE latenti coniunctissima, ut apud eundem
 precibus reos flammis purgantibus eximeret;
 dicere

dicere solita, vt quam opem vivi mortuis ferimus, eam & nos ipsos olim sensuros. Horam quotidie meditationi, & conscientię examini- bus impendebat; & cum quinque linguas *Latinam* in primis calleret, Horas Canonicas, Cursum *augustissime Regine* cęli, preces iaculatorias, rosaria, alięque pietatis Christianę Exercitia, Deo quot diebus obtulit. Cum verò præcipuè *Divorum cultu* teneretur, inter reliquos *S. Patriarcham* IGNATIVUM, ita impensè coluit, ut eius *pervigilium* ieiunio, *Festum* quotannis sacrã SYNAXI sumptã, ingenti pietatis sensu celebraret, asserens, *eius*, lociorumque operã, hac tempestate religionem Catholicam, contra sectarios, alięque æmulorum insidias, potissimùm conservatam esse: Hinc ipsius, aliorumque Sanctorũ templa sacrilegè ab Acatholicis, violata restituit, altaria nudata vestivit, & pro decoro sacrificiorum, manibus suis confecta indumenta, pretio & opere visenda submitit. Hæresim animarum capitalem pestem ita piã suã eruditione confixit, vt vel ipsi Acatholicorum eruditissimi faterentur eam ingenio, quinque linguarum, ac vel maximè Latinę insigni peritiã certare, & viris invidiam facere potuisse. Fortè

non obscuri sanguinis Nominisque *Dynasta* familiari in menlâ *Purgatorium Cleri Paclolum*; *EV-CHARISTIAM Catholicorum crustum* potiùs, quàm *Christum* indigitabat: subridens ad ea, Quin immo *S. D. Magdalena* ait: sic *Tagum Ministellorum vestrorum profanas confessionum exceptiones auriferas*; & *cœnam Calvinistarum purum Frustum, at Lutheranorum azymû gutturis Crustû* dixerimus. quo *Saliari ioco, Dynastæ* in Catholicos trivialis sarcasmus confixus est. Ac licet nullâ re sic, quàm quaestionibus de dubijs fidei controversis, movendis enodandisque caperetur; apud eos tamen, in quibus nulla conversionis spes fructusque affulgeret, ijs superfedebat, illos (ut aiebat) in bonâ fide relinquendos, ne fidei veritate agnitâ, neq; tamen assumptâ, graviùs inde olim vapularent. Quibus sanctis in laboribus (Cælo ita volente) annuo ferè morbo exercita, ad novissimum illud æternitatis negotium, sèse comparans, religiosi studijs ardens, nullos, nisi de *DEO* sermones admittebat, id in primis curæ habens, ut supremis litteris, *serenissimo suo Duci Coningi, Dusseldorpj* agenti dilectissimum suum præcipuè principem, *Religionem* (& bono fidei) *Societatem IESV* studiosè commendaret. Inde quod reliquum
erat

erat vitæ, exquisitissimis cum *Christo Crucifixo* ac *Virgine Matre* colloquijs dedit; neque unquam supremo vitæ tempore confessorium suum abesse permisit, duo quædam ipsi seriò imponens. Primum erat, ut Catholicæ fidei professionem, quam jam pridem Latinè, suismet manibus pergamento inscripserat, à morte, è collo (qui in paucis est Religionis ardor) sibi suspendi curaret, ut Romanæ Ecclesiæ viva, & defuncta, se devotissimam filiam profiteretur. Deinde alterum fuit, vt funeris pompâ, laudibus encomijsque neglectis, silenter, inter Cleri, piórûmque vota ac preces *intemplo Beatissimæ VIRGINIS & Societatis IESV*, cuius dum vixit unicè studiosa fuisset, deponeretur. Hisce ordinatis mortem impendere sentiens, studuit, ut *serenissimum unicumque Principem Filium PHILIPPVM GVILIELMVM ad DEI serenissimi Domini Parentis Ducis, Ecclesiæque Catholicæ ardentem, verâque fidei observantiam supremis vocibus inflammaret* magno verborum pondere *seriò* monens ut mortem potius, quàm vllum lethale peccatû admitteret, *immo vel umbram eius sollicitè fugeret; Misericordia Reginam MARIAM*, pleno affectu, loco *Matris se infinities præstantioris*, in terris adscisceret. quo in dicto

cto

cto, tenerrimo Matris sensu eundem postremum complexa, inter astantium effusas lacrymas mortuali dextrâ, ultimâ benedictione, extremôque valedatis dimisit. Inde extremis Sacramentis ritè iuxta morem Ecclesiæ, pièque munita, tota in CHRISTE IESU de Cruce pendentis Imagine contemplan-dâ herens, sacerdoti illum interea Ecclesiæ ver-ficulum *Esto nobis Domine turris fortitudinis*, altâ voce oranti, animosè (â facie inimici) respondens, animam inter egregias spei, & arcani gaudiij significationes, sanctissimè expiravit, anno post servatoris adventum M. DC. XXVIII. Magnum sanè MAGDALENA ex Heroicis suis virtutibus nomen reliquit, ob Religionem in primis Catholicam per Provincias suas instauratam, erectam et confirmatam. Ea sanè totius morienti astantis aule vox erat, nunquam sese mortalium quemquam equè piè & religiosè de statione vitæ migrantem vidisse; vt proinde eam Heroinam prisca virtutis, Nepotum ac Familie sidus; alterâmq; orbis Juditham (de quâ non esset qui loqueretur verbum malum) dicerent, ideò breve, hoc eius tumulo Elogium, donec â gratâ posteritate iusto volûine celebretur, inscribã.

Sunt

GENVS, & VIRTVS, ARS, MORS TUA GLORIA: de Te
Nemo malum Verbum, qui loqueretur erat. In

SEPTEMBER.

177

In Religiosorum Patrum Carthusianorum domicilijs *Cantavij* in *Julia*, *Sanctis* in *Clivia*, Reliquiarum cultus, & anniversarius dies Beatorum *IACOBI* de *Viniaco*, & *IOANNIS* *Cornerij*, gratiâ curationum à morte notissimi. Prior quovis in opere, loco, aut tempore nihil habebat suavius, quàm de **DEO** cogitare; nec rarò supra naturæ humanæ vim, ipsa corporis moles raptum in ecstasin animum sequebatur, & sublimis pendeat in aëre, adeò stupente sensu, ut nihil sentiret, nec membra inflecteret: *Vir planè divinus* tantum quæ sursum sunt, sapiens. *Ex Mart. Canisij.*

OCTOBER.

Die III.

RONEBURGI in *Montium Ducatu* festivitàs *Sanctorum EWALDORVM* *Albi* & *Nigri* (à capillis sic indigatorum) qui huius *Regionis*, *Veterisque Saxonie* quondam *Apostoli*, *Lara* in *Dioecesi Monasteriensi* precibus suis fontem, & salutiferas in hominum usus aquas eduxerunt: ac *fuso pro Christo sanguine*, *Comitatum* **M**ARCANVM *consecrârunt*. **C**ORPORA eorundem *intempestâ nocte* cuidam **T**YLMONI *ex nobilissimo*

L

lissimo

lissimo Saxone Monacho, multâ luce revelata sunt. *Ex vit. & Mart. Canisij.*

IV.

PER *Juliam, Cliviam, Montes, Marchiam* apud religiosos *Patres Seraphici Ordinis, S. FRANCISCI* solemnitatis, qui *charitatis suae flammâ orbem accendit, dimissis in varias orbis partes fratribus* ad prædicandum Christi Evangelium, Ecclesiam novæ prolis fetu amplificans, quem miraculis clarum *GREGORIUS Nonus Pontifex Maximus* in Sanctorum catalogum retulit. *Ex vita S. Bona.*

V.

MEMORIA *illustris B. GUERICI de Wolmudstein,* multarum opum, victoriarum, virtutumque *Ducis & Religiosi Sigebergensis,* deinde *Eremitæ Cistertiensis,* quem & *fundatorem suum* agnoscit, *Waldsassense, in Noricis illustre monasterium.* *Ex Fastis Gelenianis.*

VI.

IULIÆ *in Cantauio, & Xantis, in Clivia* apud *Patres Carthusianos S. BRUNONIS* Colonia *Agrippinæ* nobili familia orti *Sanctarum exuviarum* præcipuus cultus, & *eiusdem Ordinis in asperrimis*
Carthusianis

Carthusianis montibus FUNDATORIS, qui V RBA-
NO *secundo*, suo olim Parisijs discipulo, in sum-
mis istis Ecclesiæ difficultatibus, insigni con-
stantiâ annis aliquot adstitit: sed amore solitu-
dinis (*Regiensi Episcopatu reiecto*) in *Calabrie*
finibus apud *Squillacum* Eremum ingressus,
ad finem usque vitæ, incredibili austeritate,
plenus meritis, miraculisque conspicuus, ob-
dormivit in Domino. *Ex vita & Bre. Romano.*

X.

A D TROIAM, seu S ANCTIS B. V ICTORIS
& 330. *Sociorum Martyrum Thebaorum me-*
moria, qui anno Christi 280. ibidem ferro om-
nes cæli, *victrices cum Victore Duce suo animas*
cælo transmiserunt. Ita & *sub militum sago ma-*
gna subinde latet Virtus; & castra præbent Theatrum
Sanctitatis! Ex Can. Martyrologio.

XV.

H EDWIGIS *Andecensis*, B. RICHEZÆ *Cogna-*
ta, HENRICI *Barbati Silesie & Polonia Prin-*
cipis Coniux, hac luce, plena gaudio immortalis-
bus addita est. Quæ eos brevi in DEI amore
progressus fecit, ut raro exemplo, marito an-
nuente, castimoniam conjugali toro triginta
L 2 annis

annis constantissimè sociârit. Corpus suum durè adeò tractans, ut summa hieme, nuda pedes per altissimas nives incederet. Cibum gustavit nunquam, nisi illum priùs egentibus denis ternis, Servatoris exemplo, poplite flexo ministrâset; Vigilijs, inediâ, flagris gravissimè se afflixit. Vnde magnis à DEO ditata beneficijs, futura prædicere, ægros curare, arcana pectorum aperire, incessum claudis, lumen cæcis dare poterat. Rem divinam ita assiduè audiebat, vt proinde distichon de ipsa subiectum circumferretur:

In una Missa non est contenta Ducissa;

Quot sunt Presbyteri, tot missas optat haberi.

Hanc olim ad Christi de Cruce pendentis effigiem preces fundentem dextrâ clavo solutâ, in bene precantis modum Soter Cruce signavit. Tandem rebus humanis Cracoviae exuta anno P. C. N. M. CC. XLIII a Clemente IV. post mortem anno quarto & vigesimo Divis reliquis adscriptâ est. Ex vitâ eius.

XXI.

COLONIÆ Triumphalis dies SS. VRSVLÆ, UNDECIES mille V V. & MM. quarum RELIQVIÆ Julæ, Clivie, MONTIVM PROVINCIAS Sanctificant. De quibus qui plura sanctâ curiositate desiderat

desiderat, *Vrsellanam Historiam R. P. Hermannii Crombach S. I. Sacerdotis perlegat.*

XXV.

MONASTERII *Euffie* SS. CHRYSANTHI & DARIÆ, quorum CORPORA sub SERGIO II. Pontifice Romano A. C. DCCC. XXX. Marquardus Abbas Prumiensis Româ eò detulit. CHRYSANTHVM Tyrannus in carceres, DARIAM in lustrum trahi mandat; sed *Illum* contra varia & exquisita tormenta allapsa de Cælo lux; *Illam* contra lenones, Leo tutatus est. Demum *vivi terra obruti castissimi Coniuges Sanctiorem thalamum* habuêretumulum. Corpora eorum superioribus bellis, securitatis ergô nominatissima in arce *Eiffie* ARBURGA ab admodum R. eximioque Domino Antonio Gelenio Decano, ex consilio Venerabilis Capituli, imposita, prodigiosè intacta stetere, quando turris nitrato pulvere feta, de cælo tacta, ac magnâ sui parte deiectâ, incensa est, *vrbe mirificè* Martyrum SS. (ut piè creditur) meritis servata, quæ beneficij memor, quotannis diem hanc gratâ memoriâ recolit. *Ex Annalibus Collegij ibidem.*

XXX.

MARIA IOANNIS *Intrepidi Burgundie Ducis*
L 3 *filia*

filia, Clivia Ducissa; ADOLPHI primi relicta vi-
dua; IOANNIS eius nominis primi Parens, Matro-
na erat in primis pia ac metuens Dei; in omni-
bus suis operibus præcellens, quæ Filios Principes,
â teneris ita solidarum virtutum monitis for-
mabat ut ab infantia incorruptam ab omni grauio-
re noxâ seruarent innocentiam; & quæ teneris in ani-
mis plantauerat, verbis rigabat, lacrymis fovebat
assiduè Maritum ADOLPHUM (cognomento Vi-
etoriosum, Martialisque genij Virum) eximio suo
exemplo prudentique admonitione ad propa-
gandam pietatem ita allexit, ut varia per Clivi-
am, amplissimùmque Comitatum Marcanum Sa-
cella, Tempa, Monasteria, Nosocomia; & ad Wesalios
nobillissimam Carthusiam, ut supra in Adolpho
19. septembris videre est, erexerit. Cui nec ipsa Zelo
inferior A. 1460. ardenti pietate ex Cimelijs &
usu fructu celebre per Cliviam finitimâsque Pro-
vincias Claustrû ordinis S. Birgittæ olim Treppen, nunc
Marienbaum dictum, condidit 27. Julij, Virginibus
octo velatis totidémque Monachis impositis, qui di-
vino officio præessent, Virginùmque confessi-
ones exciperent: Birgitta enim a Morte Coniu-
gis novas religiosè vivendi leges ab ipso Salva-
tore & summo legislatore dictatas Viris Vir-
ginibûsque

ginibúsque scripsit, ac propterea octonas utriusque sexûs Personas 27. Iulij ibi locorum collocavit Religiofas.

Hæc Monasterij Fundatio multorum & dicteriorum, & iudiciorum seges fuit, pro vario partium studio. Et licet ipsa sermones Vulgi minimè æstimaret, satis gnara, ut populi folia, ita & linguas Populi omni rumorum vento circumferri; attamen prudentiorum sensu amans, eorundem iudicia non respuebat. commodè accidit, ut à Viro perquam erudito, sibi que in primis ob virtutem charo *D. Arnoldo Boltio Sanctensium Pastore Monrebergæ* eius voto fieret satis; cuius dum in mensâ familiari mentem exploraret, illéque respondisset, *hoc Monasterium sine dubio DEO placiturum, qui ADAMO EVAM in Paradiso adiunxisset, præ altero Carthusianis solitarijs à marito Duce Adolpho ad Wesaliam constructo.* Sarcasmo hoc inurbano non delectata Princeps Vah, inquit, *Primos divini Mandati transgressores hominibus religiosè DEI gratiâ Victuris comparas?* sensit tamen *Boltius* hoc contubernium Paradiso præstantius non futurum. Sed Boltij istius sagittam a scopo aberrâsse *Wernerus Perarius* vulgò *Theffenmacher, Montanus*

tanus recens Annalium Cliviæ collector à Catholicâ fide, loco & Religione licet alienus veritate cogente, agnoscit, ob strictam eo in Monasterio ad nostrâ usq; ætatem, regularum, pietatis, castimoniæq; observantiâ. Neque alienum à mente piissimæ Fundatricis & Patriæ foret, si DEI magnæ Matris, istic à multis retrò annis, mortalibus præstita beneficia ex antiquis chartis, membranis recentioribusque codicibus collecta typis evulgarentur. Sed ad Mariam Viduam revertamur, quæ Boltij & aliorum minùs faventium sapientiâ supra nubes Aristophanis gradientium cavillis non consternata, verùm animata, fundationem à se inchoatam donationibus auxit. *Ita multi dum nocere meditantur, profunt: & sanant, dum vulnerant.*

Claustro prouentibus, ac redditibus firmato (quâ erat in Patronam suam pietate) eius laudes amplificare enixè satagebat: erat illi Deipara in omnibus levamentum: nec quidquam, nisi auxilio eius implorato aggediebatur. Non infrequenter ex uicinâ suâ *Arce Monrebergâ pedes*, (in decrepitâ licet ætate) Misericordiæ Matrem Mariam in templo suo inuisit, Comitibus in uia frequenter symbolum illud suum

iii-

ingeminans, *seruum & ancillam Maria* perire non posse. Hinc omni eius præcipuè in Montana Conscendentis festo, illam eleemosynis, corporis castigationibus, vigilijs, Sacra Synaxi voce hac demissâ demissè venerabatur: O, *infit, si possem omnes arenas, guttas, stellas, flores, folia, & atomos in Choros te O MARIA, laudantium conuertere, quàm libens facerem! ò si Omnium Sanctorum brachijs, & affectu amorum te Matrem Misericordie constringere, aternùmque benedicere, laudare & superexaltare possem, quàm unice id optarem continuare in omnem aternitatem, & ultra!* Dùmque his affectibus pueros, pauperes, simplicèsq; animas imbueret, ut sui causâ has Deo preces magnæque illius Matri offerrent. A Gynæceo verò monita ab istis vilissimis homuncionibus nihil solidi sperandum, *filia, inquit, grauitè hallucinamini; non est personarum acceptor DEVS; pauperum & simplicium deprecationes exaudit; non maximis solum canibus, sed minimis etiam catellis instituitur celi venatio.* Prolem suam ac in primis Ioannem Ducem magno verborum pondere monebat, ut Deum fide & affectu, proximum honore, subditos fauore coleret; Marianæ Arboris Religiosas suas filias im-

Aa pensè

penſè hortabatur, ſolicitæ ut eſſent, *Numen animabus Flāmis piacularibus addictis iratum placatum reddere; Ieiunio paſſiones corporis; oratione animum ſanare; nec quidquam quod ſub ſole cum tempore tranſit, ſed DEVM ſolum magni æſtimare.* Quâ in ſcientiâ Sanctorum, operibusque ſanctis Maritum Adolphum Ducem in Caſtro Monrebergio viduitatis anno decimo quinto, Octobris 30. A. 1463. ſecuta, apud eundem in *Gravienſi Carthuſiâ, Vigiliâ Omnium Sanctorum,* funere per urbem *Sanctenſem* trans *Rhenum* in Clauiſtrum illud præſentibus filio IOANNE Duce, eiùſque coniuge ELIZABETHA *Niuerſiâ, Sorore* CATHARINA *Geldrâ,* cum primariâ Procerum, & totius *Nobilitatis cateruâ* deducta eſt tumulanda: à magna Matre ſuâ MARIA deuota filia in cælis (ut conſidimus) ſeculis interminatis exaltanda.

XXXI.

PRidie Kalend. Novembris in fata conceſſit B. Antiſtes Wolfgangus, Vir ſanctiſſimus & illuſtri Suevorum genere natus. Cui in ſuburbio *Neoburgenſi* *Sereniſſimus W.W. Comes Palatinus* Rheni, G. M. templum erexit; *Miſericordiæque Fratibus* publico ægrorum bono aſſignavit.

signavit. Stetit & aliud olim Sancto huic in mō-
 te pago *Sinnigen* vicino, longè latèque conspi-
 cuum Sacellum ab Erlenbachiana familia Aca-
 tholica, fato suo excisum, ab illustriss^{mo} moder-
 no Toparcha, supremo Neoburgensium Can-
 cellario D. Francisco à Gisen, proprijs impen-
 diis, ex integro restitutum Sacrà supellectile
 variisq; S. WOLFGANGI *Reliquijs nobilitatum*. De
 S. WOLFGANGI iustâ in Lipsanomachos suos
 istic loci vindictâ, aliâs erit vberior agendi oc-
 casio. Infinitum opus aggrediatur oportet, si quis
 ex publicis tabulis omnia huius *Sancti* opera ac
 monumenta recensere velit; eorum qui cog-
 noscendi desiderio tenetur, Bavariam Sanctam,
 & Annales Ratisponensium excutiat; Mihi
 propositum est eius potissimùm erga proximum
 beneficentiam cursim attingere: neque enim
 in postremis habuit Virginum Pudicitix de-
 center consulere, & pupillorum caussis adese,
 ne potentùm versutiâ, præter fas nefâlque
 exciderent severè cavere. Omnes insuper oppres-
 sos sublevare; pauperum necessitatibus, & qui
 mēdicitatem erubescerent, in rebus angustiis oc-
 currere, ægrorum censu defectorum inopiæ li-
 beraliter providere, mœstos solari, afflictis com-

pati. Denique hoc suum esse arbitratus, omnium commodis, in corpore & animo servire. Quâ eius benignitate per Germaniam vulgatâ, plures adolescentes (& magnorum etiam Liberi) cælestis prudentiæ capiendæ causâ, quos inter & S. HEINRICVS (deinde *Imperator*) confluebant, ex eiusdem nutu ac doctrinâ pendentes.

Ferebant enim hoc ea Tempora, ut *Principum Filij* ad regendam rempublicam erudiendi, *Viris traderentur, non pompæ & fastûs ministris, sed religionis magistris*; à quibus cum timore Dei, iustitiam Sacrorum & Parentum reverentiam edocti, pares essent ad populos, provincias, regna ex Evangelij instituto moderandos.

Et fuit talis erga HENRICVM præcipuè cura WOLFGANGI, ut suavi instructione brevi recondita litterarum omnium, sed divinæ præsertim Philosophiæ fundamenta comprehenderit; & secuta ingenium prudentia, Adolescentem supra ætatem mirifico Parentis gaudio, extulerit, quo fiebat ut & *reliquas Soboles* ad WOLFGANGVM deduxerit, quò cælestem cum sanctitate & religione doctrinam, pari omnes exemplo condiscerent; quorum indlem & profectum

fectum cum penitiōis (ut erat prudens rerum
 arbiter) W O L F G A N G V S inspexisset. *Vatem agen-*
do singulorum fortunam, statum & conditionem, ex-
pressit: & Henricum quidem ibidem regem appella-
vit: Giselam sororem Reginam, Brunonem Episcopum,
Brigittam Antistitam: fuitque sua cuique fors po-
 stea rata. Nam & Henricus regno imperiōque
 potitus; & Gisela Stephano primo Pannoniæ
 Regi nupta; & Bruno Episcopatu Augusta-
 no auctus; & Birgitta Virginum nobilissima-
 rum Sodalitati Ratisponæ præfecta, partes su-
 as supra laudem impleverunt, vnde factum, ut
 H E N R I C V S *Gubernaculis Imperij adhibitus, & à*
Parentis, & à W O L F G A N G I nutu penderet, non
ignorans secundas à parentibus, deferendas esse morum
& sapientiæ præceptoribus. Neque audiebat temerè
 illos, qui seculari prudentiâ, religione pro foro
 duntaxat utendum putant. Sed curabat lar-
 gissimis assignatis stipendijs vt haberet aulam vi-
 ris, secundum Deum sapientibus, refertam; qui-
 bus cum ex haustâ *Wolfgangi* institutione pu-
 blicam rem administraret; ut vulgò iactaretur
 Henrico multos inesse Episcopos, multos Principes.
 Quibus eximijs *B. Wolfgangi* à Deo concessis
 donis, cum & H E N R I C V S *Archimysta Trevirensis,*

& OTTO *Imperator* maximas illi dignitates constanter offerrent. Ille (ut alia omnia, mundum quoq; insuper habens) vitā monasticā, officiumq; præconis per *Pannoniam* tamdiu elegit, & egit, donec propter eximia viri merita & beneficia Germaniæ præstita, OTTONIS *secundi Imperatoris* totiusq; Cleri ac populi studio *Ratisponensi Ecclesiæ* (incassum reluctans) præesse coactus fuit. quā & supra omniū votū *Ratisponensium* & *Bobemiæ* præsertim bono, viginti & amplius annos cum administrasset, extremum sibi diem imminere intelligens, sacro VIATICO sumpto, & quæ ex usitata liberalitate supererant, inter pauperes magnificentā manu distractis *Puppinae S. OTHMARI* ad e (uti divinitus edoctus erat) *Sanctissimam Vitam* pari Morte, apud Deum gloriosā, apud Homines Virtutum ac beneficentia famā conclusit. *Ratisponæ* in *S. Emmerani templo* sepultus, ubi iure eius *Cenotaphio* illud inscribendum:

FAMA MALVM, QVO NON ALIVD
VELOCIVS VLLVM,
AVSA TAMEN DE TE NIL MALE
FAMA LOQVI,

NOVEMBER.

Die I.

Die I.

NÀ cum OMNIBVS SANCTIS colitur
Sigebergæ S. BENIGNVS Presbyter & Mar-
 tyr, qui sub *Aureliano Imperatore, equuleo,*
& laminis candentibus cruciatus est: quàm tormentorũ
vim more Spartano sustinēs Coronæ circumstanti,
Suspicite in Cælum, inquebat, & Christi fidem, quam
tot præclari Martyres sunt professi, arripite; ac non
degeneres ab ijs perseverantes conserveate: pro quâ
& ego nunc libens mortem oppeto. ac sic ille se in
fidei odium cædi lætus, vitæ finem gloriosum in
causa nobili reperit. Eius potissimæ Reliquiæ Si-
gebergæ quiescunt. Canisij martyr. & Annal

Eadem luce ad Cliviæ confinia *Pago Keue-*
lar Mariani illic templi Fundamentorum pietate
 Geldrensiū prima positio, eius occasionem
 dedit sita ibi exigua *magnæ Virginis Domuncula*
 cuius *nova miraculorum fama* dum omnem latè
 viciniã implêrat, factum est ut corrogatis repentè
 pecunijs *Sacellum* continuis auctum accessio-
 nibus templum illud pepererit, quod *Virginis*
 ex merito, cū *Mariophilos* id loci degentes RR. Pa-
 tres eximio eruditòque calamo suo olim cele-
 braturos minimè dubitem, meum premo; uti
 & de

& de MONIOVICA VIRGINE aufin Waldt, de cuius favore materno, eoque continuo hoc solum exclamo: *Tantum est colere Virginem ubi ipsa vult coli!*

II.

ESSENDIÆ S. PINNOSÆ Virginis & Martyris commemoratio, quæ Virginitatis Lili-um Virgineo Sanguine purpuravit. Martyr. Canis.

III.

Porceti iuxta aquas Graneas S. GREGORIVS mortalitate positâ, ad Divorum, ut spes est, triumphos in cælum migravit; eximiarum virtutum clarus luminibus Abbas, Imperatoris Ottonis eius nominis secundi cognatus. Ex eius loci Diario.

IV.

Neoburgi in domestico Aule Sacratio adventus Reliquiarum S. CAROLI Borromæi S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopi Mediolanensis, Confessoris, quas anno M. DC. LXI. Serenissimis Principibus PHILIPPO WILHELMO Comiti Palatino Rheni, Bavariæ Julie, Montium Duci, & Elisabethæ Ameliæ Magdalene natæ Landgraviæ Hassiæ Congratulationis causâ pro nato eadem die quarto Principe Filiolo ad sancti
eius

eius honorem CAROLO nuncupato, *Submisit R mus. & Illustrissimus Princeps Fridericus Borromaeus, Patriarcha Alexandrinus, ad Helveticos, Rhatos, & Valesios cum potestate Legati à Latere Nuntius, SANCTI Consanguineus omine (ut sperare par est) quàm CAROLI ultimi Clivia Principis meliore. Ex Sacrarij Indice.*

V.

C *Erichsbemij in Montia Patrocinium B. Ducis GERRICI, qui sceptrum omniâque humana despexit, & in pauperes suâ liberaliter erogavit. Iamq; is metit, quae seminavit. Ex Gelen. apparatus.*

V.

N *Eoburgi ad Istrum Dominicâ infra Octavam Omnium Sanctorum, in Templo RR. PP. Soc. IESV, Festum quatuor SS. MM. SVPITII. CHARILAI, FLAVIÆ & AVRELIAE; Collegio à Serenissimo Fundatore, gloriose memoria Principe WOLFGANGO WILHELMO Palatino Rheni, Duce Julia & Clivia piâ munificentia donatorum, cuius viva virtutum & viva beneficentiae imago omnium in animis vivit, porroque vivet. Ex Ann. Collegij.*

Bb

V

V.

IN *Montium Ducatu, Monasterio Subsilvano, vulgò Vormbolt, depositio S. Abbatis & Confessoris WINOCI admirandæ sanctitatis, seduli utpote innocentiae custodis, continentiae amatoris, superbiae osoris, pauperum pupillorumque unici perfugij; quorum a maioribus famæ perpetuitate ad nos profecta ut sublevaret inopiam, plurimis annis à se erectum molendinum manuali agitatione circumegit, ne panis egenis deesset, pane Angelorum eternum pascendus. Mart. Can.*

VII.

EMBRICA studiorum mater, perpetua pietate, annuo recurso S. WILLIBORDI *Belgarum, ac Frisiae Apostoli natalem agit, qui incredibili ardore fructuque in salutem animarum incubuit. Cuius ibidem, opere antiquo & pretio visendus Calix reverenter asservatur; ex quo febriliter laborantes non pauci sanitatem bibunt. Sacra ab eodem consecrata HOSTIA, Romamq; allata quotannis per Urbem festivâ pompâ circumferri solita, ad confœderatorum primos motus, aliquot centenis licet annis conservata, à Commissario Apostolico SASBOLDO Vosmer maturo consilio assumpta est. Ex annuis.*

VII.

VII,

Greuelsbergij, Montium in Ducatu S. ENGELBERTVS Comes de Monte & Altena, Colonienſis Archipræſul inclytâ Heroum morte occubuit velut qui *publicæ Eccleſiarum Eſſendi-enſis & Wertinenſis iuſtus deſenſor*. Cecidit *Frideri-ci Comitis Hſenburgici Cognati ſui ſceleſtiffimo* poſt hominum memoriam parricidio inter *Sovelmam & Greuelsburgum A. C. 1225. Mori-ens, Chriſto, Chriſti verbis pro ſicarijs & hoſtibus ſuis ſupplicavit, magnus Eccleſiaſtica libertatis vindex & ipſa morte aſſertor facultatem ob eam nactus, mira innumera patrandi. Corpus eius 25. Februarij A. 1226. in Montis Veteris Monafterium, tandem Coloniam deductum eſt, Inteſtinis Veteri in Monte, honorificè reconditis. Ex vita eiufdem.*

XI.

Heiſterbaci notiffimæ famæ Abbatis HENRICI memoria pietati, obedientiæ, mortificationique deditiffimi: cuius merita cælum prodiſcit, quando *paſtoralem illi baculum Auguſtiſſima Cali Regina porrigere viſa eſt*. Præſes Religioſæ potiùs diſciplinæ, quàm cumulanſis opibus in-

Bb 2.

tentus

tentus. Cuius familiare symbolum fuisse ferunt: Multos esse obligandos; paucos offendēdos. Nam *memoria aiebat, beneficiorum fluxa, iniuriarum aenea* Ex Hierophyl.

XIV.

CLadbaci in nobili Iuliacensium oppido, memoria ALBERICI, quem in eius Ecclesiæ Cryptâ depositum, vulgus S. Albertum indigitare consuevit. Ex Fast. Gel.

XIV.

IN Burvenich Cistertiensium Parthenone, venerabilis ELISABETHÆ ex Julia Comitibus oriundæ, quæ opibus, aulæ clientelis & mundo vale dicens vltimum, Cælites familiares, ac sæpe sæpius in oculis habuit, Gentis suæ splendorem præclarè virtutibus illustrans. Gel. in Fast.

XV.

S LEOPOLDI Austriæ Marchionis, sanguinis B. RICHEZÆ, multorum Monasteriorum Templorumque Fundatoris. qui Mariam identidem in corde; & illud continuò in ore habuit: *Virgo Mater natum ora, Vt nos iuuet omni horâ.* Gel. in Fast.

XVI.

HErvordia B. Waltgeri Confessoris, eius Urbis Comitis ac Fundatoris, qui istic in Templo

Templo seu Sanctorum Domicilio a se constructo, novo more domicilium sepulchrum habuit, suo veluti in Mausoleo conditus anno salutis reparatæ DCCC. XXV. *Ex Chron.*

XVI.

MAGNA VIRGO ALBERTVM, dum calidioribus votis opem eius sollicitat, fecit magnum. natus hic Lavingæ Suevorum, Coloniae denatus est, anno 1290. vivit tamen hodie etiam in libris suis, quibus *Orbem & Ordinem suum* mirè illustravit. *Coloniae Agrippinae sepultus, ubi Clarior è tumulo Fama sepulta redit.* *Ex vita.*

XVI.

IN Monasterio Susterensi Ducatus Iuliæ nobile Abbatissarum par BENEDICTA & CÆCILIA carnem, orbem, mundum vitâ innocentissimâ triumphans. *Ex Gel. Fastis.*

XIX.

SELIS ABETHA ex familia B. RICHEZÆ, ANDREÆ Regis Hungariae & GERTRVDIS Andecensis Principis Filia, Ludovici Turingiae & Hassiae Landgraviæ Coniux, quam Virginum florem, conjugum & viduarum exemplar, egenorum matrem, gentis suæ cælique delictum rectè dixeris. Quæ

â teneris unguiculis ad ultimam usque ætatem, pietatis operibus intenta, & miraculis illustris migravit ad Dominum, in urbe arcéque sua *Marburgana*; & in *Ædicula Xenodochij sepulta*, famâ suâ Orbem implet. *Ex vitâ eius.*

XX.

SEADMUNDVS Rex ANGLIÆ, B. RICHEZÆ. *Consanguineus*, cum S. ETILFRIDO *Filio*, & EADMUNDO *Nepote ex filia SOPHIA Heusda Domina*, gloriosis doloribus defūcta, pro fide Christiana Sanguinem profudit: *Sanguinis sui effusi, quàm Regij Stemmatibus purpurâ splendidior.* *Ex Vind. Rich.*

XXII.

ITEM ex eodem Sanguine descendens B. ADOLPHVS I. Rex LVSITANIÆ, hac die ad Coronam æternam avolavit A. C. 1185. nonagenario maior, ætate & meritis gravis. *Ex Fastis Gelen.*

XXV

CRevenradium, alijs Comitibus Novale dictum, in *Prefecturâ Solingensi nobilium Canonissarum Regularium Cœnobium*, depositionem agit CATHARINÆ Comitissæ de *Hückeswagen*, quæ abiectis pretiosis vestibus, pane & aquâ frequenter victitans
asperâ

*asperâ catenâ cilicioque carnem domans, humili-
bans, admirando rigore Zonâ ferreâ lumbos ad-
strinxit & puluilli vice trunco vsa est. Ferrea
eius Zona hodie dū religiosè asservatur puerperis
(etiam hæresi attōitâ) cōtinuò salutaris. Virginea
hæc, venerabilis Catharinæ Familia, ut fortissi-
ma istic *fidei columna unica ferè* in medio A-
catholicæ gentis persistit. Pedisequa & nomi-
nis & virtutis eius æmula, eodem cum illa tu-
mulo quiescit, *ut in vita, ita nec in morte separatæ.*
*Ex Necrologio istius loci.**

XXVIII.

S CASIMIRI B. RICHEZÆ *Filij Palatini,*
qui ex *Religioso Cluniacensi ad Regnum PŌLO-*
NIÆ Pontificiâ auctoritate extractus est, Regnum
& familiam suam morte sua nobilitata reliquit,
crebrò in ore habens, eam demum veram esse sa-
pientiam, scire Deum omnia esse, & hominem nihil.
Ex Fastis Gelenianis.

XXIX.

A Pud *Ultraiectinos Episcopi B. RADBODI de*
Clivio Sanguine, vitâ & liberalitate erga pau-
peres magni, cælo scientis excludendos omnes o-
pulentos, nisi eius Ianitores piâ pauperes manu
corrumperent. Ex Ann. Ultraiect.

XXX

DUSSELDORPHI in Soc. IESV Collegij templo, solemne eius Ecclesiæ Patroni, Sancti ANDRÆ Scythiæ, Epiri, Thraciæ, & Achaiæ & ab Ægeâ proconsule in Crucem acti Apostoli. Cuius Sacram Mandibulam ponderosæ, solido ex argento, & iustæ magnitudinis statuæ inclusam, isti Collegio dono dedit *Serenissima ANNA CATHARINA CONSTANTIA Sueciæ ac Poloniæ Regia Princeps, Serenissimi PHILIPPI WILHELMI Comitis Palatini Rheni Coniux &c.* immortalis gloriâ dignissima, si vel hoc solo facto inclaruisset. *Munificæ hæc Princeps illud Apostoli donum eò libentius obtulit, quòd minimè ignoraret WOLFGANGVM WILHELMVM Comitem Palatinum Rheni suum illi templum à fundamento erexisse, & ut Apostolici Collegij Seniorem, Equitum aurei Velleris Patronum, Sacrificij incruenti luculentissimum testem præcipuè colere; cuius tandem iconem in agone petitam & acceptam non nisi cum vita deseruit; vicissim à Patrono in longa, & quanta quanta est, aternitate non deserendus. Ex Annalibus Collegij.*

Hoc die cursum vitæ explevit **THEODORVS III. THEODORI II.** cognomento *Volantis*

*tantis Filius, quem maximis Clivie Heroibus non pauci accensent. Divinum Officium quotidie degenibus exequabatur. In Deiparæ Vigilijs pane & aqua circumscribebat ieiunium, flagris & cilicio perpetuo corpus macerabat: liberalis in ærumnosos sanos, & ægros, decoraque familiæ virtutibus ita nobilitavit, vt *Virtuosi* potissimum clarus sit elogio. Symbolum eius familiare ac perpetuum fuisse ferunt: *Vivit post Funera Virtus.* Vixit sub Imperatoribus HENRICIS IV. & V. In regiminis ipsius limine, cum VRBANVS eius nominis Papa II. & *Claremontanum Concilium* A. 1095. decreto promulgato Orbem Christianum contra Saracenos ad arma evocarent, consentiente CATHARINA Hennenbergia, *Iuvenulâ eâ quidem, sed virtutum eximiarum Coniuge, Cruce insignitus, sacro huic bello nomen dedit, Heros ad Martis potius, quam Veneris arma natus, quem in finē Fratri ARNOLDO Clivie sue gubernaculis commissis, GODEFRIDO, EVSTACHIO, BALDVINO Fratribus BULLIONIS associatus, mari transmissis vnâ cum Christianorum Classe Ioppen appulit, Terramque Sanctam primus osculo veneratus est.* Exscensione factâ militibusque a nausea ma-*

rinâ triduo recreatis, THEODORVS vt belli terrorem per *Syriam* circumferret, assumptis aliquot Legionibus, villas, pagos, oppida, municipia, igne ferro (*Hierosolymâ inspectante & trepidante*) vastat, diripit, incendit, abactisque armentis, divite prædâ onustus, communi castrorum applausu, regreditur. Bullionius viri animis ac virtute delectatus, varijs in expeditionibus operâ eius feliciter usus est. *Ab illo enim Saracenorum* sæpius insidiæ detectæ, molimina depressa, consilia everfa, acies incredibili constantiâ ac fortitudine fugatæ; neque audacissimè (*nomine Domini semper invocato*) omnia incipientem viquequam fortuna fefellit; suos identidem monens, *ne hoste fugato actutum spolijs inhiarent.* Post conflictum enim, aiebat, *avaritia libidoque prædandi ut plurimum perdit Victoriâ; exercitusque præda onustus facile superatur:* quâ militari felicitate continuò usus est, usquedum Barbaris devictis Bullionius *Asiam, Syriam, Palestinâ* subiugaret, *Christianis Regno Hierosolymitano restituto;* in quo firmando, dum annis plurimis sancto labore rei *Christiane* permultum commodi adferret. Non semel hostes de eo professi sunt tantam eius fortitudinem supra mortales vires altius quidpiam habuisse

habuisse. In *Cliviam* (a se Fratrísque Arnhol-
di vicariâ operâ 29. annis feliciter administra-
tam) *Hierosolymâ* reversus, vix medijs anni inter-
vallo; ibidem morbo correptus, ætate, meritisq.,
gravis cælestem *Hierusalem* ingressus est, cui sic
accinuit D. Petrus Streittagerus:

Martis amore sacri flagrans (quæ plurima laus est)

Æterno vocit. seque suosque DEO.

Occiduos inter Princeps Lotharinga secutus:

Auspicia, Eois intulit arma plagis.

Ad tantam HEROIS famam perpetuò alen-
dam & exprimendâ plurimis eiusdem *illustrissime*
Familie Principibus idem nomen impositum est ;
vt mirum non sit Poetas olim, ac vel maximè
posterioribus seculis, in gratiam S S. THEO-
DORORVM *Familie universe* frequenter *Carminibus,*
Elogijs, Lemmatibus lulisse, quorum nonnulla
Eruditorũ tã *judicio quàm voluntate,* ne archivo-
rum latibulis, & blattarum damnata pabulis,
omnino interciderent, hisce insero. Auctori,
quia me latet, ex animo precor, vt fruatur la-
bore suo, vbi est, & laude etiam vbi non est.

IN

I. S. THEODORVM CENTVRIONEM SIGNO
S. CRVCIS DRACONICIDAM, ET INDE MARTYREM
7. Februarij.

*VT Cruce prostravit THEODORVS Colla draconis,
Christique evexit diva trophæa palam,
Vsq̄ue per infidi casûs eventa sinistra,
Factatur virtus indubitata Viri:
Pro castris retinent fœtentes membra catasta,
Pro decore in mortem, dira flagella trabunt,
Cur ita? prostratus serpens tantumne malorum
Halat? an ista malus livor? utrumque fuit.
Lividus hic Erebi semper mos nempe colubro
VELLE VIGERE MALOS, VELLE PERIRE BONOS.*

IN

II. S. THEODORVM PENTAPOLITAN. EPISC.
ET M., CVM SSS. IRENEO, SERAPIONE,
& AMMONIO MM;
19. Februarij.

*Bis duo Pentapolis delegat in athera Divos,
Pemptos abestne Urbis nomen & omen habens?
Immo procul; nam te cum venerit ista quadriga
Susceptum, Præsul maxime, Pemptos eris.*

IN

III. S. THEODORVM M. ROMANVM.
17 Martij.

*QVàm malè Roma tuum fudit, THEODORE, Cruorem,
Tam*

*Tam bene conservat Martyra, iamque colit.
Olim te fidei perimens docet esse Magistrum;
Nunc venerans fidei se docet esse Scholam.*

IV IN S. THEODORVM PRO CHRISTO OCCISVM.

15. April.

*Floribus Aureolis Tempe picturat & hortos,
Mensis nomen habens à referando suum:
Tu fidei causâ vitam dans Martyr Aprili,
Pingis amore solum, pingis honore polum.*

V. IN S. THEODORVM TRICHINATEM

20. April.

*Qui Cilicùm setis THEODORVS membra domabat;
Et cui pro bysso sordida vestis erat;
Nunc Orci pavor est; nunc corpore balsama sudat,
Gloria nunc mundi est, astra beatus habet.
Dicite qui vano fucatis murice vestes,
Quid simile his olim purpura vestra dabit?*

VI. IN S. THEODORVM PRÆSVLEM
ANASTASIOPOLI THAVMATVRGVM. 22. April.

*Miramur cacos donato excellere visu,
Dum simul ad Numen vota precèsque refers.
Miramur Claudos, currentes ocyus Euro,
Te pingente manu SIGNA VERENDA CRVCIS?
Miramur vitâ functos remeare sub auras,*

Cc 3

Te

*Te redivitum verbis precipiente sacris.
Ab quis non stupeat visis virtutibus, unde
Naturam superans TE stupet ipse Deus.*

VII. BONONIA S. THEODORVM EPISCOPVM SIBI

ELIGIT. 5. Maij.

*Nona hora est nobis, Priscis quæ Tertia, flamen
Misit, inungendis Præsulibusque vacat.
Si tibi dat nomen BONA NONA BONONIA, gaude,
Omen habes, Præsul cum Theodorus erit.*

VIII. S. THEODORVS ANTISTES PRO SVIS

MIRE SOLICITVS: 20. Maij.

*A Domino datus est Paphia Theodorus; eidem
Quod Paphia à Domino sit data, Cura docet.*

IX. IN TYRANNVM S. THEODORO CYRE-

NENSIVM EPISCOPO LINGVAM AVFERENTEM: 4. Julij

*Præsulis ense putas linguam malè sane Tyranne,
Martyrium Christo ne sonet ille suo.
O bonus eventus! linguam ferrum abstulit unam:
Lingua quod illa tacet, Terra Polusque sonat.*

X. IN S. THEODORVM CVM S. FLORA MAR-

TYRIO CORONATVM 29. Julij.

Est à FLORE tibi, Virgo Castissima, nomen,

Numinis

Numinis à DONO sed, Theodore, tibi.

Tu flores, Theodore, poli flos usque futurus;

Tu donum FLORES nobile FLORA Dei.

En quàm Sanctorum minimè Communio parca est;

TU BENE FLORVS ERIS: TU BENE FLORA sies.

XI. IN S. THEODORVM NICOMEDIENSEM

CVM LIBERIS PRO CHRISTO NECATVM 2. Sept.

Blanda DEI GNATOS THEODORVS DONA sciebat;

At MALE si Patres Tartara inire sinant.

Ergo martyrium subiturus nomine CHRISTI,

Martyrij socios gaudet habere suos.

Non atas jllum lactens, non cura nepotum,

Non Patrum affligit pectore sculptus amor.

Vt sim Gratus, ait, DO ME, DO PIGNORA, Auernus

Ne rapiat, CHRISTE, est MVNVS VTRVMQVE tuum.

O quantũ est traxisse Pij GENITORIBVS ortum!

O quantum est VTI MVNERE POSSE DEI!

Hac qui blandifono gaudetis nomine Patris,

Verus & in gnatos discite quis sit amor!

XII. IN S. THEODORVM CVM 29. SOCIIS

A VALENTE MARI IMMERSVM 5. Sept.

Dogmata Sphinge magis sevã monstrosa vel hydrã

Defendit Cæsar lege manúque VALENS.

Hac Theodorus ubi socii que tenere recusant,

Comburit

*Comburit medias bos maris inter aquas.
Nemo miratur Flammas regnare per undam,
Tam mirus Doctor quid nisi mira daret?*

XIII. IN S. THEODORVM CVM S. OCEANO
MERSVM 7. Sept.

*Mittitur OCEANO cinctus Theodorus in ignes,
Quid mirum, damni si nihil ille ferat?*

XIV. IN S. THEODORVM CVM XXI. SOCIIS
MARTYRIO AFFECTVM 15. Sept.

*Cum viginti uno Socijs, Theodore, triumphas,
Vosque Triumphantes gaudet habere Deus.
Cessa acroama vetus. Numero DEVS impare gaudet.
Manibus aut numero sacrificare pari.*

XV. IN S. THEODORVM CANTVARIÆ ARCHIE-
PISCOPIVM MISSVM IN ANGLIAM a VITALIANO PONTIFICE.
19. Septembris.

*Anglia profecit Theodoro Prasule multum,
Interiora novans, exteriora sacrans.
In planum veniunt delubra profana Deorum,
Aut addicuntur, CHRISTE supreme, tibi.
Est populus iustique tenax & amicus olympo,
Omnibus una fides, omnibus vnus Amor.
Nempe in discipulos manant exempla Magistri
Quæ THEODORE DOCES, hæc THEODORE facis.*

XVI.

XVI. IN S. THEODORVN CVM S. PHILIPPA
MATRE PASSVM 20. Septembris.

*Ambo pro CHRISTO certamen initis: ijdem
Non tamen hac mulier, tu THEODORE, VIRES.
Quod mulier, THEODORE, tamen te vincat opinor,
Namque Arbor ramo grandior esse solet.*

XVII. IN IULIANVM S. THEODORI TYRANNVM
23. Octobris.

*Surgit ut in Flammas focus Eurî flatibus actus,
Materia in cineres, nec nisi cedat, abit.
Sic nervi tristèsque minæ nodosâque flagra,
Accendunt Christi Martyra amore magis.
Tu facibus tamen usque uris, malè sane Tyranne;
Vis, quid agas dicam? verus es Andabata.*

XVIII. IN S. THEODORVM ABBATEM VIENNENSEM
29. Octobris.

*Cum sit idem pater atque Abbas, cur diceris Abbas?
Sic quadrat an rare vox peregrina rei?*

XIX. IN S. THEODORVM MILITEM 9. Novembris.

*Dum te castra sequi ratio & pietatis avitæ
Fura sinunt, hosti quis magis acer erit?
Dum te castra sequi ratio & pietatis avitæ
Fura vetant, hosti quis magè præda cadit?
Stulta Duces cesset magnos iactare Vetustas.
Regula bellantùm, tu THEODORE, proba es.*

XX. IN MAXIMIANVM à QVO S. THEODORVS, S.
PHILERAS, S. HETUCHIVS, S. PACHOMIVS EPISCOPI ÆGYPTI, CVM
660. SOCIIS ENSE PERCVSSI 26. Novembris.

*Hucusq; es dictus trux, MAXIMIANE, malúsq;
Ut dubitem: bonus es; nam bona multa facis.*

*Primò perpetuis calos ornatibus ambis;
Dèin festis fastos Calitibusque reple:
Præterea quos PAPA nequit, quos CÆSAR honores
Conferre, egregiâ das pietate Viris!*

*Insuper usque facis Virtutum exempla manere,
Ad que respiciant, quèis stat avita fides:
Denique non binis, non denis talia præstas,
Ultra sexcentos exit hic Ordo Viros.*

*Non sic Augustus, non Vespasianus uterque,
Non Constantinus, Magnus ut ille sonet.*

*Tu tamen es dictus trux Maximiane, malúsque
An te fama VIRVM fors nigrat atra bonum?
Non nigrat, es verè trux, Maximiane; malúsque
Non es Martyribus; truxque malúsque tibi es!*

XXI. IN S. THEODORVM ANTIOCHIÆ CHRISTI
MARTYREM PASSVM 7. Decembris.

*Discipulis CHRISTI nomen dedit Antiochia:
CHRISTI Discipulum hæc te, Theodore, dedit.*

XXII. IN S. THEODORVM CVM SS. LOZIMO &
DRYSO PASSVM 14. Dec.

*Æmulus es CHRISTI, THEODORE, sed æmulus impar:
Te Martyr; Christum stipat utrumque latro:*

XXIII.

XXIII. IN VALERIANVM SS. THEODORI, IRENÆI,
VICTORIS & ANTONINI CVM ALIIS 17. Occisorem 15. Dec.

Siqua, heus! magna potes, VALERIANE,

Est nomen tibi grande splendidumque,

CHRISTI NOMINE tot Viros necando:

Id bellè facis, o VALERIANE!

Verùm quomodo tu VALERIANE,

Facis grandia? sic latro, & scelestus

Quivis esse potest Valerianus!

XXIV. IN S. THEODORVM EXULANTEM 15. Dec.

Vnius Articuli causâ, Theodore, bis exul,

Pro totâ ostendis quid paterere fide!

XXV. IN S. THEODORVM ROMÆ ad D. PETRI

MANSIONARIVM 26. Dec.

Prudenter, THEODORE, teris sacra Limina PETRI,

Pro te, pròque alijs nocte dièque precans.

Nam qui pro cunctis CLAVES usurpat Olympi,

Tam noto pandet promptius ASTRA TIBI.

XXVI. IN S. THEODORVM MONACHVM ÆGYPTI, S. PACHOMII

Discipulum 27. Dec.

Non Arabum messes tibi sunt, non velleræ Serùm;

Non bacca Indorum, quas plaga captat aquis.

Non volucrum leporumue caro; non monstra marina;

Non Cretùm efficiunt inclyta vina dapes.

Non imitata colis turrita palatia Celos;

Non famulùm circa splendida turba strepit.

Tu tamen usque nihil tibi posse deesse fateris;

Nempe tibi Calum est cella; bonum omne DEVS.

Die I.

MONASTERII *Eiffie* in pervetustâ Collegi-
atâ translatio SS. CHRYSANTHI &
DARIÆ Coniugum Virginum & Martyrum.
Ex Chron. SS.

II.

IN omnibus Soc. IESV domicilijs festum S.
FRANCISCI Xaverij, Viri, cuius animo alter etiam
orbis angustus fuit. Vixit Virgo & pauperum Pater;
decies centena Indotum & Barbarorum millia sacrâ
undâ solus abluit; demortuos in vitam revocavit quin-
que supra viginti. Ad extremum dum vastissimum
Sinarum regnum laborat ingredi, in ipso eius por-
tu Sanctiano anno 1552. ad cælum animam ap-
pulit. A GREGORIO XV. inter Sanctos cum
quatuor alijs meritissimè numeratus. *Ex vita.*

IV.

SIGEBERGÆ S. ANNONIS Confessoris Comi-
tis Dasselij, HENRICI tertij Imperatoris Cancel-
larij, Episcopi Colonienfis, & loci eiusdem Fundatoris,
qui ad memoriæ cultûsque Sanctorum perpe-
tuitatem, dum viveret, templa, delubra, mo-
numenta Sanctis erexit in terris, ita â morte ipse
Sanctus inter Sanctos regnat in celis. *Ex vit.*

IX.

IX.

SUSATI in *Marchia* S. PATROCLI Martyris Reliquias à *Carcaffowiensi* in *Gallia* Episcopo acceptas, S. Bruno Archiepiscopus Colonienſis anno à Partu Virginis 965. iſtic magnificâ Cæremoniâ inter fauſtas populi acclamationes religioſè depoſuit. *Ex faſt. Gel.*

XIII.

DUSSELDORPHII S. LUCIÆ pro fide Chriſtianiã non vno ſanguine perfulæ Martyris ſacrum Caput à *WILHELMO Montium Principe A. reſtauratæ* Salutis 1393. eò ex *Aldenbergenſi* Abbatia omnium Ordinum comitatu frequentifſimo translatum fuit. *Sanctum profectò magnùmque eiſdem Prælati Donum. Ex Faſt. Gel.*

XIV.

SAGNES Imperatrix *GUILIELMI Aquitaniæ Ducis Filia*, *HENRICI Tertij* huius nominis Coniux: quæ licet omni virtutum genere emineret, præcipuè tamen liberalitatis nomine erga pauperes commendata eſt; & poſt fata miraculorum gratiã eluxit. *Ex Annal.*

XVI.

SADELHEIDIS OTTONIS *primi Imperatoris*
Dd 3 Vxor

Vxor, & B. RUDOLPHI Burgundia Regis Filia, hodie Cælitibus annumerata est, insignis Regina cæli Angelique Comitissæ exactissima cliens. Ex Vind.

XVII.

VETUS MONS olim, & nostrâ hac ætate ad pristinam sanctimonix speciem ambulans, venerabilem HERMANNVM genuit, qui cum esset *Colonia S. Cuniberti prædices Canonicus, seculi vanitatibus plus æquo deditus, altâ nocte MARIAM Maiestate vultûs, & multâ luce venerandam spectabilem habuit; à quâ de liberiore vitâ mundôque deferendo gravissimè monitus, mundi suique VICTOR, inveteratum mundum in Veteri (verius in Novo) Monte exiit, & novum hominem induit, DEO Heroicis suis virtutibus ita charus, ut primus ad S. ENGELBERTI Tumbam crure pedèque claudo perreptârit, & sanus abierit; magnôque sui desiderio relicto, ad S. Engelberti Angelorum Societate demû abijt. Ex vit. & Mart. Can.*

In eadem perillustri familia denatus est GVILIELMVS *Monachus 22. Sept. ad Sancti vsque cognomentû; ore vulgi in pretio, dum viveret, habitus; neque aliud de eo reliquit avara Antiquitas.*

XVIII.

XVIII.

IN Monte S. Archangeli MICHAELIS, Sigeberga, B. Presbyteri WINIBALDI, cuius potior Reliquiarum pars eadem, quâ corpus S. BENIGNI sacrâ Vrnâ continetur. Ex Chron.

XIX.

MEGENGOR Geldria Comes, militari scientiâ eximius, eôque nomine OTTONI eius nominis Tertio cum primis charus, qui cum unicum â Coniuge GERBERGA filium sustulisset, & hunc ipsam in bello Bohemico, ac primo illius ætatis flore amisisset, eo Filij casu monitus Pater, suas in tuto opes collocare didicit, easque Cœnobio, cui ADELHEIDAM Filiam præfecit, ex asse dedit & assignavit. Ipse quoque totâ mente à mundo abesse cum non posset corpore, Castitatem deinceps cum GERBERGA suâ colere, lectioni Sacrarum litterarum se dedere, denique in oculis nil præter mortem, & æternitatem habere cœpit, ne mors imparatum offenderet, quam lætus animo paratissimo excepit. Ab eâ Adelheidi Abbatissæ primùm uisus, hæc ei Psalmistæ verba blandissimè edixit; *Eccè quomodo moritur justus, & nemo recogitat!* Tum alteri

alteri deinde è vestalibus, regio cultu fulgens
indicauit MEGENGORIS nomen in MEGEN-
GAVDII sibi mutatum esse. *Ex vit. S. Adelheid.*

XXI.

S• I V T T Æ *Sponheimensis Comitissæ ac Virgi-*
nis raræ pietatis, dies triumphalis, & HIL-
DEGARDIS *Virtutum Magistræ; que omnem illi a-*
teneris pietatem instillauit, virtutis & sceleris
præmia à Deo expectanda docuit. Sanctimo-
niâ tandem, ut & rerum diuinarum medita-
tione eximia, inter beatarum Mentium plausus
cælum adiit. *Ex Vind.*

XXIII.

HEISTERBACI agunt anniuerfariū venerabilis
GODEFRIDI, *Viri admodum Religiosi: qui*
cum doctrinâ eximius apud *Vbios S. ANDRÆ*
insignis Collegiæ ageret Scholasticum, *dedit*
illi Dominus scientiam Sanctorum, ut salutis A-
fylon Heisterbaci reperiret; ubi ex *Doctore discipu-*
lus; ex diuite pauper; ex Canonico Monachus fa-
ctus, & in ipso tirocinio, aspectabili dæmonis
specie sæpe exagitatus, Victor euasit; Votisque
in exactâ ætate emissis, illico obiit caelestibus Votis

fine

sine fine beandus; *exitu suo docens nullam Calo-
atatem esse infirmam.* Ex Chron. Magno sanctimoni-
æ post relicto nomine, quatuor eiusdem jncl-
tæ familiæ venerabiles Heroes Conradus 15. Gui-
lielmus 25. Augusti, Rudolphus 17, Appolonius
30. Octobris Cæli iter ingressi sunt. Plenior
acceptâ informatione olim merito suo cele-
brandi.

XXIII.

Essendiensi & principe quidē in Æde exaltatio ve-
nerabilis GERSWIDÆ Sororis S. ALFRIDI Epif-
copi, & primæ Abbatissæ Essendiensis, quæ totam
sese Numinis cultui mancipavit; erga pauperes
ac peregrinos mirè benefica atque liberalis.
Quæ instante morte, *Mi IESV* exclamavit, *te*
testem habeo, te præter nihil me unquam expetisse
Huiusque Vulnera in Cruce, præsertim sanctum Pe-
tus osculata, eo in actu sanctissimè expiravit.
Ex fastis Gelenianis.

XXX.

ARNHOLDVS secundus, decimus septimus
Cliviæ Comes, erga Deum pius, & subdi-
tos usque adeò benignus fuit, ut raro & ex-
cellenti elogio, *Boni cognomentum* meruerit: *Vxo-*
rem duxit IDAM SUEVAM CONRADI Imperatoris Fili-
am, FRIDERICI Barbarossæ Sororem, quaternâ pro-
le se-

Ee

le se-

le felicem THEODORO ARNHOLDO mutuis successoribus ALEIDE Comitissâ de Marcha, & MARGARITA Comitissâ de Aere & Meer ad Novesum. Posterior hæc genuit THEODORVM Comitem Moersanum minimè longævum, Filiâsque duas ELIZABETAM RANDE RADIAM, HILDEGUNDIM Meerensem; quarum postrema (â bonorum amicabili divisione cum sorore institutâ) arcem suam Meerensem in Cœnobium Ordinis Præmonstratensis Vestalium A. C. 1160. convertit, hodie dum morum regularumque observantiâ nobile: in quo ipsa primam Antistitem egit, unâ cum Matre ibidem professa, in Templi Choro terræ mandata: ARNOLDO & in Prole sua edita Fatis bono ac felice. Idem anno Christi 1117. Ecclesiæ Zephlificensis legitimè electus est Patronus; & Decimas territorij in Germensell eidem Ecclesiæ Zephlificensis attribuit A. 1119. Cellam Variburgicam in suburbano Sanctensium Monte sitam, CUNONE Abbate Sigebergensi, Norberto Canonico tum Sanctensi & postea Magdeburgensi Episcopo præsentibus erexit ad Christi eiusque Matris admirabilis honorem. Hoc ARNHOLDO regnante Illustris Ordo Præmonstratensis coeptus est. NORBERTVS enim illustri oriundus profapiâ, amplissimo suo

Can-

Canonicatu SANCENSI relicto, Ordinis eius Auctor Fundatorque extitit, A. à Virgineo Partu 1115. per Gallias, Saxoniam, utrumque Belgium Dei verbum seminando, ac suavissimâ Numinis providentiâ multos & nobilissimos utriusque sexûs nactus est Sectatores, & Sodales, ut indicant eius ævi versus:

Anno milleno centeno, bis quoque deno,

Patre NORBERTO Premonstratus cœpit Ordo.

Qui postea per Cliviam, Iuliam, Hammeren, Averdorp, & Steinfeld feliciter propagatus est. Auctor quoque eximiè Zelosus, B. NORBERTVS fuit huic ADOLPHO ut Oratorium Montanum (Betberg) in Monasterium eiusdem Ordinis Premonstratensis A. 1121. converteret; quod S. S. istorum Duumvirum cœptum ita gratum ratumque habuit CONRADVS Imperator, ut ligna ædificationi necessaria vicino ex nemore Imperiali A. C. 1138. eidem loco assignaverit; & ARNHOLDVS Clivia Comes ei Ecclesiam adiecerit. Sed cum illa dein ex Parochiali Monrebergico à THEODORICO A. 1314. in eam translato COLLEGIALIS redderetur, illius loco Ecclesias Dufflianam, Kecherdomium & Kellensem Cliviaco in saltu, Coenobio Betbergenfi concessit.

Ee 2

Neque

Neque solùm *B. Patriarchæ* NORBERTO no-
 tus ARNOLDVS, verùm & S. BERNARDO *Clare-*
vallensium Abbati familiaris fuit. Cuius consilio &
 auctoritate motus CONRADO *Imperatori* A. 1149.
 in *Syriam* eunti subsidia militum misit. THEO-
 DORO quoque *Hollandiæ Comiti* suasit ac persuasit
 ne cum Kuickio *Parricida* in gratiam rediret,
 nisi *Abbatia Insulæ Marcanæ eiusdem Ordinis Præ-*
monstratensis in Batavia priùs fundatâ. Et hæc
 sunt sacra illius in Posteris benevolentia monu-
 menta. vberiora si quis desiderat, Ordinis Præmō-
 stratensium *Annales* evolvat, & desiderio suo faci-
 et satis. Omnia de ARNHOLDO hoc dixerit, quisquis
 illum duob' Patriarchis familiariter usum affirma-
 rit: Coronidis tamen loco non omittendō existi-
 mavi. Vbi *Gubernacula Cliviaci Comitatus* susce-
 pit, eum subditos mitissimè, pro gentis genio,
tractasse, & subditorum acerrimo sensu *Patriæ Pa-*
træ lugentium doloribus patientiâ gloriosis,
 & vitâ defunctus est *Betburgi*; medio in Cho-
 ro ad dilectissimæ Coniugis suæ latus deposi-
 tus; quem sic breviter depingit Streithagerus.

Quod

Quod naturæ ordo regimen prohibebat adire,

Arnoldo Fratris cessio facta dedit.

Et velut ille foris belli fuit inclytus arte,

Sic placido Imperio claruit ipse domi.

XXXI.

Iustus Coccius.

Complures hodie anno exeunte, opinantur
 Cè vita exiisse Iustum, seu Iodocum Coccium,
 qui Coronidem minutulis Scriptionis meæ la-
 borib' imponet. Erat Vir doctrinæ integritatis-
 que nomine celebratus Ravenspergio-Billeveldi-
 us, B. Virginis Collegiæ Iuliacensis Canonicus,
 Theologus, ac trium sacrarum linguarum peri-
 tiâ non vulgari præditus; historiarum, & præ-
 fertim Ecclesiasticæ solertissimus indagator; di-
 tissimi Thesauri Catholici Inventor, Theologis
 Concionatoribus, Ecclesiasticis, omnibusque
 veræ fidei, pietatis, ac Christianæ Antiquitatis
 amantibus summè utilis. Erat hic Iustus mo-
 rum gravitate suavissimus, mansuetudine & re-
 ligione venerabilis, ab omni cupiditatis specie
 alienus, vt plures proventus Ecclesiasticos
 identidem offerentibus responderet: *Absint,*
ò mei, plura beneficia, quæ viam sternunt ad supplicia.

Cc 3

Multa

Multa ille doctè, religiosè, fortitèrque pro religione gessit, ob eandem non semel à Patria sua exul. Neq; pauca ab Ravenspurgijs suis acatholicis passus, quod erudito suo calamo lipanomachorum, aliorumque minùs rectè de Catholica Religione sentientium perfidiam ita configeret, ut quidquid contra fremerent turbarentve Concionales ministri, ad silentium vsque eos compelleret, suisque provincialibus affulas tenebras ostenderet. *Quibus Heroicis in laboribus IUSTVS hic dum Orbem Christianum suamque Patriam Ravenspurgicam THESAURO suo CATHOLICO ditasset, morte occupato illud Regij Psaltæ ad Laborum Bravium profectò iure accinimus:*

In memorià eternà erit Iustus: ab auditione male non timebit psalmo centesimo vndecimo.

ATQVE ISTE

ILLVSTRIVM ANIMARVM HEROVMQVE

Finis esto:

Quorum si vocem vltimam

audire lubet,

Accipite.

REDI-

REDIVIVI AD MORTALES



Dsumus è cineribus & longâ nocte REDIVIVI MANES, terras, Provincias, Castra, Vrbes, Arces, Aras, ac Tempa revisentes nostris olim legibus exemplôque ita instructa, ut cuivis in ijs, cum DEO & ad DEVM ambulandi via facilis & aperta deesse non possit.

Nobiscum enim, si placet, hodie dum IULIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM, MARCHIÆ, RAVENSPURGI, MOERSIÆ, reliquâsq; amplissimarum Provinciarum partes circumspicite; & in omnibus illustria nostræ & ROMANO-CATHOLICÆ RELIGIONIS VESTIGIA *manifestissime reperietis.*

Vrbes Oppida, fora, pagi, vici, agri, silvæ, montes, valles *priscam & ROMANO-CATHOLICAM* RELIGIONEM spirant, ut hominibus etiam tacentibus, saxa, lapides & ligna de parietibus rectam salutis viam monstrent & lo-

& loquantur. Proinde, *Filioli nostri*, nolite errare & degenerare à *Precelsis MAIORVM VESTRO-
RVM Cogitationibus*. Non vos fallat multitudo er-
rantium, quæ errori non facit patrocinium; nec enim *Psalmo Rythmizato* ouando cælum
petitur: *Non est ad Astra mollis è terris via, Vi-
olenti namq; & qui ardua, DEI causâ*, patiuntur, &
agunt, illâ gradiuntur, cælumque rapiunt.

Ne itaque erretis *Filij dilectissimi*, non enim
*de corruptibilibus auro & argento, sed de salute, de
aternitate, de animabus pretioso CHRISTI
IESV SANGVINE emptis & redemptis res est:*
cauete animabus vestris, ne in opprobrium SAN-
GVINIS CHRISTI, plaudente Orco, his ipsi
impleatur infernus, in quo DEVS neque da-
mnatorum tormentis pascitur, neque lamentis
flectitur.

Quare state super vias antiquas, & interro-
gate (non Nouatores) sed *Maiores Vestros &
dicemus, que sit via bona, recta ac bene placens
DEO, non vno Martyrum sanguine perfusa. Cogi-
tate generationes singulas, & uidete, an vllus
ex nobis aliâ quàm ROMANO-CATHOLICA
uiâ ambulauerit, & vitam clauserit? & Vos, quâ
Confir-*

confidentiâ novam, nullius hucusque exemplo securam viam tentabitis?

State, state, obsecro, super vias antiquas, & ex tritâ viâ regiâ, tot exemplis firmata nolite, certo salutis periculo, declinare ad devia, quæ tenuisse perijsse est.

Clamamus iterum, quia amamus; & per IESV CHRISTI sanguinem hortamur & rogamus, ut stetis super vias antiquas, & NOSTRAS, per hunc vobis calamum redivivo exemplo monstratas.

De itineribus aternitatis, immo de ipsâ longâ æternitate agitur, quâ bene aut malè æternum vivendum.

Centies millies, in infinitum & ultra felices, qui Maiorum suorum ROMANO-CATHOLICA, eâque solâ antiquâ & salutari viâ ac fide gradiuntur: centies millies millies, in æternum, & ultra miseri infausti, & infelices, qui aliâ novâ *ambulant!* in hac enim non nisi *semel, sed (heu dolor!) æternum erratur.*

F f

INDEX

INDEX

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

ILLVSTRIVM ANIMARVM
IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
MARCHIAE &c.

A

- S. *Abundantius*, I. Februarij p. 20.
 S. *Adalricus Confessor*, IX. Februarij p. 23.
 S. *Adelgundis Virgo*, XXX. Ianuarij p. 14.
 S. *Adelheidis Abbatissa in Vilich*, V. Feb. p. 22.
 S. *Adelheidis Imperatrix*, VI. Decembris p. 213.
Adolphus Dux Clivie primus, XIX. Septemb. p. 160.
 B. *Adolphus Comes Altenanus*, X. Septemb. p. 152.
Adolphus Comes de Marcka Epif. Leod. IX. Mar. p. 45.
 B. *Adolphus Rex Lusitania*, XXII. Novemb. p. 198.
 S. *Afra Martyr Augustana*, VII. Augusti p. 134.
 S. *Agnes Virgo & Martyr*, XXI. Januarij p. 8.
 S. *Agnes Imperatrix*, XIV. Decemb. p. 213.
 S. *Albericus Gladbaci*, XIV. Novemb. p. 196.
 S. *Albertus Magnus Ep. Rat.* XVI. Novemb. p. 197.
Alexander Epif. Leodiens. XXX. Jan. p. 14.
 B. *Aloysius Gonzaga, S. I.* XXI. Junij p. 116.
 S. *Andreas Apostolus*, XXX. Novemb. p. 200.
 S. *Anfridus Episcopus Ultraiectinus*, I. Maij p. 93.
Anno Comes de Blanckenberg, X. Aprilis p. 83.
 S. *Anno Archiepisco. Coloniensis* IV. Decemb. p. 212.

F f 2

S. Anna

- S. Anna A^oia Christi, XXVI. Julij p. 129.
 Arnoldus Cliv. Com. Decim^o septim^o, XXX. Sep. p. 217.
 S. Arnoldus Confessor, XV III. Julij p. 127.
 S. Arnulphus Episcopus, XVIII. Julij. p. 128.

B.

- Baldericus Com. Mont. Ep. Leod. X. Martij p. 45.
 S. Bartholomæi Ap. brachij reductio, XXIV. Aug. p. 137.
 S. Benedictus Confessor, XII. Februarij p. 25.
 V. Benedicta Abbatissa, XVI. Novemb. p. 197.
 S. Benignus Martyr, XVII. Februa. p. 29.
 S. Bernardus Confes. & Abbas, XX. Augusti p. 136.
 V. Berno Abbas, XXV. Augusti p. 138.
 S. Bruno Institutor Carthusian. VI. Octobris. p. 178.
 S. Bruno Com. Altenan^o Archiep. Colon. VIII. Mart. p. 24.

C.

- V. Cecilia Abbatissa, XVI. Novembris p. 197.
 B. Casarius de Milendunck, XXVIII. Feb. p. 30.
 Ven. Casarius Prior, XXV. Sept. p. 171.
 S. Caius Palatinus, IV. Martij p. 40.
 S. Canutus Rex, VII. Januarij. p. 8.
 S. Carolus Borromeus Cardinalis, IV. Novem. p. 192.
 S. Carolus Magnus, XXV. III. Jan. p. 11.
 S. Carol. Magni Elevatio, XXVII. Julij. p. 130.
 S. Cassianus Martyr, II. Martij p. 36.

S. Cast-

INDEX

229

- S. Casimir⁹ B. Richeza Filius, XXVIII. Nov. p. 199.*
S. Catharina Virgo & Martyr, II. Iulij p. 121.
Catharina de Huckesbagen, XXV. Novem. p. 198.
S. Charitas, I. Iulij p. 121.
S. Charilaus Martyr, V. Novembris p. 193.
B. Christina Stommelensis, XXII. Iunij p. 117.
B. Christina Hammonensis, XXII. Iunij p. 118.
SS. Chrysant⁹ & Daria M.M. XXV. Octo. p. 181. & 212.
S. Chunegundis Virgo, III. Martij p. 38.
S. Clematius, XXVI. Maij p. 98.
S. Clodulphus Princeps Moselanns, VIII. Iunij. p. 113.
S. Constantius Magnus, XXII. Maij p. 97.
B. Consul Novesiensis Antistes, VI. Iulij p. 122.
Conradus de Ravenstein Epif. XXVIII. Febru. p. 30.
SS. Cornelius & Cyprianus MM. XIV. Septemb. p. 153.
*SS. Cosmas & Damianus MM. X. Maij. p. 94. &
 XXVII. Septembris p. 171.*
S. Crucis Exaltatio Ellene, XIV. Septembris p. 153.
S. Cuno Episcopus Ratisponensis, XIX. Maij p. 97.
S. Cyrilla Martyr, XXII. Iunij p. 118.

D.

- S. Dentilinus Confes. XIV. Iulij p. 126.*
S. Digna Famula S. Afra, VII. Augusti p. 135.
S. Donatus Mart. Monast. Eiffia, XXX. Iunij p. 119.
S. Eadmūdus Rex Angliæ, XX. Novembris p. 198.
B. Eberhardus Comes Montium, XII. Martij p. 58.

F f 3

Eber-

- Eberhard. a Marcha Card. Epif. Leod. XIV. Ap. p. 88.
 S. Egilbardus Abbas & Martyr. XXV. Maij p. 98.
 Elizabetha Regina Portugallia, IV. Julij p. 122.
 B. Elizabetha Julia Comes, XIV. Novemb. p. 196.
 B. Elizabetha Princeps Hung. & Haf. XIX. No. p. 197.
 S. Engelbertus Archiep. Colo. Mart. VII. Nov. p. 195.
 S. Engelbertus Marc. Epif. Leodiensis, IV. Mar. p. 80.
 Erardus à Marcka Epif. Leodiens. XIV. Febr. p. 25.
 S. Ericus Rex Suetia & Martyr, XVIII. Maij p. 96.
 SS. Eucharistia cultus, III. April p. 80.
 S. Euphemia Martyr, XXII. Junij p. 118.
 S. Erwaldus Niger & Albus, III. Octob. p. 177.

F

- S. Felix Martyr, XI. Januarij p. 8.
 S. Felix Papa, I. Februarij p. 20.
 SSS. Fides Spes Charitas MMM, I. Julij p. 121.
 S. Flavia Martyr, V. Novemb. p. 193.
 S. Franciscus Seraphicus, IV. Octob. p. 178.
 S. Franciscus Xaverius, I. Decemb. p. 193.
 B. Fulbertus Abbas Tuitiensis. XIII. April. p. 87.

G

- S. Gangulphus Martyr Heinsbergæ. XI. Maij p. 94.
 S. Genasius Martyr. I. Feb p. 20.
 B. Richeza Genealogia, XXI. Martij. p. 71.
 S. Genovefa Palatina Com. Rbe. II. Aprilis p. 78.
 S. Georgius Megalomartyr, XXII. Aprili p. 91.
 S. Ger-

INDEX

231

- S. Gerbernus Martyr,* XV. Maij p. 96.
B. Gerfridus Epif. Monast. XII. Septemb. p. 152.
S. Gerlacus Falckenbergicus, V. Januarij p. 3.
B. Gericus Dux, V. Novemb. p. 193.
S. Gericus Confessor, V. Novemb. p. 193.
B. Gertrudis Virgo, XV. Februarij p. 28.
S. Gezzelinus Confessor, VI. Augusti. p. 138.
S. Godefridus Religiosus, XXIII. Decemb. p. 216.
Venerabilis Godefridus Heister. XXIII. Decemb. p. 216.
Venerabilis Godscalcus, VII. Martij. p. 42.
S. Gregorius Palat. Epif. Vltraiect. XXV. Aug. p. 138.
S. Gregorius Abbas, III. Novemb. p. 192.
S. Guda Virgo, XXVIII. Junij p. 119.
S. Gulielmus Pal. Relig. Cistert. XXV. Julij p. 119.
Guilielmus ab Hoijsa Epif. Padibor. XX. Febr. p. 32.
B. Guericus de Wolmudstein, V. October. p. 178.
Guilielmus Monachus, XVII. Novemb. p. 214.
Venerabilis Gerzuida Virgo, XXIII. Dec. p. 216.

H

- S. Hedviggis Polonia Princeps,* XV. Octob p. 179.
Helias sive Ælius Grail I. Com. Cliv. II. Januar. p. 1.
Henricus Abbas Heisterbac. XI. Novemb. p. 195.
V. Hermannus Abbas, XXXI. Maij. p. 100.
V. Hermannus Heisterbac. Canon. XVII. Dec. p. 214.
S. Hermolaus Epif. & Mar. XXI. Junij p. 116.
S. Hildegardis Palatina Virgo, XXX. April. p. 19.
S. Hil-

- S. Hildegermus ad Ruram Apost. XXI. Januar. p. 9.
 S. Hildegermus Episc. Halberstad. XIX. Iunij p. 115.
 S. Hilarius Episcopus, VI. Ianuar: p. 4.

I.

- S. Iacobus de Viniaco, XXX. Septem: p. 177.
 S. Ignatius Loiola, XXXI. Iulij p. 151.
 S. Innocentius Martyr, I. Februarij p. 20. & 114.
 SS. Innocentium Reliquia, III. Ianuarij p. 3.
 S. Ioannettus Martyr, XXIV. Septemb: p. 170.
 S. Ioannes Baptista in Anrbaët, XXIX. Aug. p. 129.
 V. Joannes Heinsbergius Episc. Leod. XI. Mart. p. 45.
 V. Joannes de Hericheim, XII. May. p. 95.
 Joannes eius nominis I. Cliv. Dux II. V. Sept. p. 142.
 Joannes eius nom. II. Cliv. Dux, XV. Mart. p. 47.
 Josbovensis Processio, XXIX. April p. 92.
 Justus sive Jodocus Coccus, XXXI. Decem. p. 221.
 S. Jrentius Martyr, XXII. Junij. p. 118.
 B. Jrmundis Virgo. III. Septemb. p. 140.
 S. Jrmentrudis de Milendunck, XXIX. Maij. p. 99.
 S. Jrmundus Confessor, XXVIII. Ian. p. 13.
 S. Iutta Sponheim. Comitissa, XXI. Decem. p. 216.

K.

- B. Virgo MARIA in Kevelar, I. Octobris p. 191.

L.

- S. Laurentius Martyr Gladbaci, X. Aug. p. 135.
 S. Leo.

- S. Leopoldus Austriae Marchio,* XV. Nov. p. 196.
S. Livoldus Diaconus, XXVI. Maij p. 98.
B. Lotharius Confessor, XV. Sept. p. 160.
S. Lucia Martyr, XIII. Decemb. p. 213.
S. Lucilla Martyr, I. Martij. p. 36.
V. Ludovicus Comes de Abrr, XXXI. Martij p. 77.
S. Ludgerus Epis. Monasteriens. XXVI. Mar. p. 77.
S. Ludmilla Ducissa Martyr Bohem. XV. Sept. p. 159.
Ludovicus Com. à Ravensperg, Ep. Osna. V. Apr. p. 81.
B. Luthardus 3. Cliv. Comes, XV. p. Sept. 157.
S. Lutridis Virgo, XII. April. p. 91.
S. Luthardis Abbatissa Eltinens. I. Aug. p. 131.

M.

- S. Magdalena Japonensis Mart.* X. Sept. p. 151.
Serenissime Magdalene Ducisse
Bavariae Anniversarium XXVII. Sept. p. 171.
Margarita Abbatissa, VII. Januarij. p. 5.
Ven. Margarita Virgo, III. April. p. 80.
Maria Burgundica Cliv. Ducissa, XXX. Octob. p. 181.
S. Marsus Confessor, XVI. Maij. p. 96. & 113.
S. Martha Martyr, I. Martij p. 36.
S. Maternus Episcop. XIV. Sept. p. 154.
S. Megengor Com. Geldr. Confessor, XIX. Dec. p. 215.
V. Menricus Eremita. XX. Junij. p. 116.
B. Meinovercus Episc. Padiborn. V. Junij. p. 107.

Gg

N

N.

S. Norbertus Archiepis. Magdeb. VI. Junij p. 112.

O.

S. Olaus Dania Rex, XXIX. Julij. p. 130.

S. Osvaldus Rex, V. Augusti p. 133.

P.

S. Pancratius Martyr, XII. Maij p. 95.

S. Patroclus Martyr, XXI. Janu. p. 8. & IX. Dec.

p. 213.

S. Peritonia Martyr, III. Januarij p. 3.

B. Petrus Exorcista, II. Junij. p. 100.

Philippus de Hinsberg Archip. Colon. XIII. Aug. p. 135.

Philippus de Hinsberg, VI. Martij p. 40.

S. Pinnosa Virgo & Martyr, II. Novem. p. 192.

S. Potentinus Martyr. XI. Januarij. p. 8.

S. Primitiva Martyr, I. Martij. p. 36.

S. Pusinna Virgo, XXIV. Januarij p. 10.

R.

B. Radbodus Epif. Ultraiectinus. XXIX. Nov. p. 199.

B. Regenberga Virgo, VII. Martij p. 41.

S. Reynoldus Martyr Palatinus, VII. Jan. p. 7.

B. Richeza seu Richera Reg. Pol. Com. Palat. XXI.

Martij p. 65.

B. Robertus Abbas, III. Martij p. 39.

Rupertus Epif. Padibornensis. XIX. Febr. p. 31.

S.

S.

- S. Sanderadus Abbas,* XXIV. Aug. p. 137.
SANGUINIS CHRISTI memoria, I. Januarij p. 1.
S. Savinus Martyr, XXII. Junij, p. 118.
B. Siffridus Martyr XVI. Febru. p. 29.
S. Simplicius Martyr, XI. Jan. p. 1.
S. Spes, V. & M. I. Julij p. 121.
S. Spes Confessor, XXVIII. Jan. p. 8.
B. Stanislaus Kostka, S. IESU, XV. Augusti. p. 136.
B. Steppo Pres. Pater Monialium, XXX. Maij. p. 99.
S. Svibertus Episcopus, I. Martij p. 36.
S. Sulpitius Martyr, V. Novemb. p. 193.

T.

- Theodorus Comes Clivie Sextus.* VII. Julij. p. 123.
B. Teresa Alphonfi IX. R. V. 100 XVII. Junij. p. 115.
Theodorus à Lureck, I. April. p. 38.
Theodorus Baro de Reck, Ep. Padib. XXII. Feb. p. 34.
Theodorus Abbas Aldenbergens. XXII. Junij. p. 117.
B. Theophania Abbatissa, IV. Martij. p. 40.
B. Tigrinus Episcopus, VIII. Febr. p. 22.
Theodorus de Goch Misnia Ep. VI. April. p. 82
Theodorus III. Com. Cliv. cum alijs viginti quinque eius-
dem nominis, XXX. Nov. p. 200.
Theodorus Com. Mœrse Ep. Padib. XXI. Feb. p. 33.
Theodorus Widanus Com. Relig. XXVIII. Julij. p. 127.
 Gg 2 V. S. Vi-

V.

- S. *Victor* Martyr, X. Octobris p. 178.
 S. *Vitus* Martyr, I. Martij p. 36. & 114.
 S. *Vrsula* V. & M. XXI. Octobris. p. 180.

W.

- B. *Walbodus* Com. *Montensis*, XXX. Jan. p. 17.
 B. *Waldetrudis* S. *Dentilini* Mater, IX. Ap. p. 83.
Walerandus Com. *Juliensis*, II. Februar. p. 20.
 B. *Waltgerus* Confessor, XVI. Novem. p. 196.
Walramus Com. *Julie* Archiep. Colon. IX. Mar. p. 43.
Walramus Com. a *Mærsa* Ep. *Mona.* IXI. April p. 85.
 V. *Wichboldus* *Culmensium* Ep. XX. Julij. p. 128.
Wilhelmus. Dynasta de *Gennep* Archi. *Colo.* IX. Ap. 84.
Wilhelmus *Aquitania* Dux Confessor. x. Feb. p. 23.
 S. *Wileicus* Presbiter. II. Martij. p. 37.
 S. *Wilibrodus* Episcopus. VII. Nov. p. 194.
 B. *Winibaldus* Presbiter, XVIII. Dec. p. 215.
 S. *Winocius* Abbas, V. Nov. p. 194.
 B. *Virgo* in *Waldt*, I. Nov. p. 192.
 Ser. mus. *Wolfgang* Wilbel. Com. *Pal.* XX. Mart. p. 59.
 S. *Wolfgangus* Episcopus *Ratisp.* XXXI. Octob. p. 186.
 B. *Wolphelm* Abbas in *Gladbach* & c. XX. Apr. p. 89.
Worringense praelium, V. Junij p. 110.

X.

- S. *Anomalus* Sanctis, XVI. Martij. p. 88.
 INDICI

INDICI NOMINVM, ALTER RERVM
 annecti poterat. Sed breui jsta *in lucubra-*
tiuncula cupido Lectori eius
 loco seruient *Monita*
 Subiecta.

Paginæ.

PIA { 1. 2. 4. 7. 10. 18. 28. 31. 60. 88. 99.
 107. 129. 135. 149. 150. 174. 176.
 182. 183. 185. 214. 216. 220. 221.


Paginæ.


MONITA


POLITICA { 33. 34. 48. 84. 105. 144.
 162. 164. 165. 166. 167. 184.
 185. 188. 202. 214. 215.


Paginæ.


POLEMICA { 2. 12. 44. 48. 49. 52. 53. 54. 77
 85. 86. 97. 110. 111. 123. 148.
 Seu { 144. 146. 149. 161. 162. 163.
 Bellica. { 164. 165. 169. 201. 202. 215.














RAY
animae
illustres
Julia Cl
cia

Th
4885